0000868748

(GHL 1934)

Digitized by Google

Digitized by Google

Hermann
278

DE

CYCLO GRAECORUM EPICO

ET

POETIS CYCLICIS

SCRIPSIT

EORUM FRAGMENTA COLLEGIT ET INTERPRETATUS EST

DR. CAROLUS GUILIELMUS MÜLLER,

THURINGUS.

Ἡμεῖς δὲ κλέος οἷον ἀκούομεν,
οὐδέ τι ἴδμεν.

CUM TABULA LAPIDI INSCRIPTA.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS AUGUSTI LEHNHOLDI.

MDCCCXXIX.

293. e. 57.

Digitized by Google

0000668746

VIRO AMPLISSIMO, DOCTISSIMO

CAROLO GOETTLINGIO

PHILOSOPHIAE DOCTORI, PROFESSORI PUBL. ORD. IN UNIVERSITATE LITTERARUM JENENSI,

PRAECEPTORI AESTIMATISSIMO

HUNC LIBRUM,

GRATI ANIMI TESTEM,

DEDICAVIT

AUCTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIR AMPLISSIME, DOCTISSIME.

Non existimo, quemquam futurum esse, qui fragmenta cyclicorum poëmatum, inter quae tot egregia et ab antiquis criticis laudata fuerint, collecta recteque interpretata indigna habeat, quibus *Tuum* nomen praescribatur, praesertim quum tam saepe ab Heynio eorum collectio sit expetita, quum tam valde Joh. Henr. Vossius, sagacissimus omnium rerum, quae ad mythologiam pertinent, dum in vivis fuit, judex, ut ea componerentur, postulaverit: ut mirum non esset, tandem universitatem litterarum Borussicam Rhenanam praemiis etiam propositis juvenes ad hanc provinciam suscipiendam excitasse. Illo jam tempore, quo Jenae litteris *Tuis* ipsius auspiciis studens versarer, aliquando haec fragmenta edere apud animum constitueram. Berolinum serius profectus aliquoties cum Boeckhio de hoc meo consilio collocutus magno gaudio vidi, etiam hunc virum, doctissimum, humanissimum non solum proposita probare, sed etiam ad ea recte efficienda me exhortari. Quae quum ita essent, Wimariae munere praeceptoris gymnasii fungens non solum in colligendis interpretandisque cyclicorum, sed omnium omnino epicorum vetustissimorum fragmen-

Digitized by Google

tis magno cum studio ab initio occupatus, mox tantopere et munere ipso distractus et nonnullis rebus incommodissimis, quas hic neque locus, neque tempus est exponere, ita turbatus sum, ut, quae jam fere finita erant, non perficerem, neque me, qua eram animi aegritudine, ea unquam perfecturum esse putarem. Non satis magna laude quum aliorum, tum *Tuam* in me erigendo confirmandoque operam ornare possum, neque potero, qua etiam effectum est, ut, quum nova incommoda accederent, potius animum colligerem, ad nativumque vigorem redirem, quam ut me prorsus deprimi paterer. Quod his tam variis fortunae casibus scripsi, *Tibi*, *Vir optime*, munusculum offero.

Sentio quidem, multa deesse, ut perfecta horum carminum editio sit, quum multa certo fragmenta me sedulo quaerentem fugerint, quum multa fortasse alio modo ordinanda sint (etsi multum temporis in eorum compositionem impendebam), et multa sine dubio aliter dicenda fuerint; nam libenter fateor, me mihi ipsi Latine scribendo non satisfacere: attamen non puto, quum Wüllneri de his carminibus scripta dissertatio tantum virorum doctorum plausum tulerit (vid. Osanni judicium in ephemeridibus inscriptis: Hermes, 1828, fasc. II. p. 185 sqq. et Bacchii in Jahnii annal. philol. et paedagog. volum. I. fasc. 2. anni 1828.), ego vero in multis rebus de illius viri placitis mihi recedendum esse viderim, meam horum fragmentorum collectionem diutius esse

Digitized by Google

retinendam. Nam duarum rerum, quae sequi possunt, ut aut mea de cyclo epico dicta sententia probetur, aut aliquis eam alia proposita ita refellat, ut omnes difficultates tollantur, mihi fere utraque aequaliter erit jucunda, quum non tam amore meae sententiae tenear, ut, si non vera est, veritatem non praeferam. Quodsi mea sententia vera inventa fuerit, aut certe viri docti meum studium, meam haec fragmenta interpretandi rationem non prorsus improbaverint, mox fragmenta ceterorum epicorum, qui Homeridae esse dicuntur, emittam, quae sequentur fragmenta Hesiodi eorumque, qui Hesiodi similes esse videntur, denique quae Antimachi Colophonii, Panyasis, Pisandri Camirensis operum servata sunt. Haec omnia jam collecta, ex parte etiam interpretata habeo. Sed, ut ad meam illam primariam sententiam (quae in primae partis paragrapho quarta proposita est) redeam, ea facilitate sua commendari videtur. Photius enim in bibliothec. cod. 239. cyclum epicum dicit saepe ob *τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων* legi, et quum chrestomathiae Proclianae fragmenta, nescio a quo in compendium redacta (vid. P. II. §. 2.), ita comparata sint, ut in iis hic tenor et continuatio animadvertatur, non videntur partes cyclicorum carminum omissae esse, sed iis excerptis omnia cycli, quae ad res Trojanas pertinent, contineri. Igitur Aethiopidis non aliqua pars, quae in cyclo erat, ut omnia quae ad Ajacis mortem pertinent, in his excerptis silentio

transmissa est; epitomator non partem parvae Iliadis, in qua Trojae eversio describebatur, praeteriit, sed hae partes in cyclum receptae non erant. Eodem modo in his excerptis carminum Cypriorum verba: *Χειμῶνα δὲ αὐτοῖς ἐφίστησιν Ἥρα, καὶ προσενεχθεὶς Σιδῶνι ὁ Ἀλέξανδρος αἱρεῖ τὴν πόλιν* etc., non cum Wüllnero et Henrichsenio spuria sunt habenda, neque cum Heynio Herodoti caput 117. libri secundi in dubium vocandum est; sed mutata erat pars Cypriorum carminum, fortasse interposita alia antiqui carminis narratione, ut cycli singulae partes melius inter se consentirent.

Huic sententiae meae ea prorsus opposita sunt, quae Osannus nuper in criticis annalibus litteraturae, quibus nomen Hermae est (1828. Tom. 31. fasc. 2.), docuit. „Postquam ea carmina „electa erant, inquit, quae et argumento et praestantia erant apta, ex quibus corpus quoddam, „cyclus, componeretur, eorum argumentum ordine chronologico satis copiose narrari potuit. „Cujus generis opus, eodem cycli nomine, Dionysius Milesius scripsit, qui Olympiade sexagesima quinta florens cyclographus nominatur. „Hic cyclus, qui antiquissimas Graecorum fabulas „continebat, metaphrasis quasi carminum epicorum fuit, quorum hujus cycli auctor pro arbitrio ea omiserat, quae non apta ad rem esse „videbantur, secutusque saepe erat alias atque „epicorum poëtarum narrationes; adjecerat „tamen in quaque re narranda eorum operum,

„eorum carminum et poëtarum nomina, quos „praecipue duces sibi elegerat. Praeterea pro- „bari potest, argumentum Dionysiani cycli ex iis „haustum fuisse carminibus, quae, veteribus te- „stantibus, in cyclum, qui epicus nominatur, „erant recepta; aut potius cyclum Dionysii et „cyclum epicum, si ad formam non respicimus, „eundem fuisse. Sic verbi causa notum est, car- „men quoddam Argonautica in cyclo epico fuisse, „et Dionysius etiam Argonautica scripsit, quae „pars ejus cycli erant. Si igitur narrationes ex „Dionysii Argonauticis servantur, omnes locum „in carmine illo habuerunt. Quod duobus locis „(apud Schol. Apollon. Rhod. III. 200. IV, 1153.) „primi et secundi Argonauticorum Dionysii men- „tio injicitur, quum verisimile sit, Dionysium „etiam libros singulos cujusque carminis, quod „in cyclum suum receperat, commemorasse, grave „non est, neque nostrum turbare potest judicium."

„Quodsi maxima probabilitate, ut credimus, „Dionysio Milesio cyclus adscribitur, perfacile „complures dubitationes et quaestiones solvuntur, „et veritas nostri placiti magis magisque auge- „tur. Nam, si in priore virorum doctorum sen- „tentia permanemus, secundum quam Dionysius „cyclographus quidem est, sed minime cycli auctor, „mirum videtur, eo cyclo solum, qui nonnisi ope „epici cycli fieri potuit, hoc nomen ex prioribus „temporibus servatum esse. At contra, si per „Dionysium hoc nomen cycli ortum est, facile „intelligitur, quomodo operis, cujus argumentum

„non multum jucunditatis habuit, haec inscriptio „ab initio minus innotuerit. Nam quum hoc „opere nonnisi singularum fabularum argumen- „tum sine ullo ornatu oratione pedestri exhibe- „retur, hae fabulae vero tum temporis nemini „non notae essent, inde factum est, ut, simulat- „que de certa quadam fabula sermo esset, quae ab „aliquo poëtarum cyclicorum praecipue esset nar- „rata, ipsum poëtae carmen, non cyclus pro te- „stimonio afferretur. Sic verbi causa apud Ari- „stotelem nunquam fere cyclus memoratur, „sed semper nomen proprium cyclici alicujus „poëtae, vel carminis; contra jam hoc etiam cla- „rum est, Aristotelem, qui (Analyt. poster. I, 9, „p. 84. C.) poëtici cycli mentionem facit, ad Dio- „nysii cyclum respicere, recteque hoc facere, quia „hoc loco complurium carminum ad unum poë- „ticum corpus conjunctorum designatio necessa- „ria esset, quae, ut ita dicam, facta esset per „imaginem. Quum vero, aliquo tempore prae- „terlapso, illa antiqua carmina rariora fierent, „minusque facile comparari possent, contenti „multi erant, quod eorum loco Dionysii cyclum „habebant, qui inde fons uberrimus antiquarum „fabularum factus est; et facile intelligitur, aucto- „ribus fabularum, quas Dionysii cyclus contine- „bat, a loco et libro, in quo conscripta eorum „operum excerpta asservabantur, nomen cyclicis, „seriore tamen tempore, esse datum. Ex hoc „fonte Alexandrini Romanique epici certe plura „hauserunt, quam nos nunc divinamus; huic fonti

„fortasse etiam Proclus ea debet, quae de cyclo „epico scripta reliquit, etiamsi negari non potest, „tum temporis nonnulla cyclica carmina super- „fuisse.“

Haec fere Osannus docet. Vehementer doleo, me cum viro doctissimo, praeceptore mihi carissimo, consentire non posse, et primum ejus sententiae impugnatorem exoriri debere. Plura enim sunt aut omnino falsa, aut ita comparata, quae comprobari a me non possint.

Primum enim me (pag. 19. 20.) demonstrasse puto, non Dionysium Milesium, sed Samium esse cyclographum, quum, etiamsi Dionysius cyclographus et Euripides aequales essent, (at Dionysius cyclogr. sine dubio serius vixit,) Dionysius cyclogr. tamen certe 64 — 70 annos post Milesii Dionysii florem adhuc scripserit.

Tum cyclum epicum nihil aliud esse dicit, nisi Dionysii cyclographi cyclum, qui pedestri oratione scriptus argumentum complurium epicorum carminum continuerit; cyclicisque poëtis inde nomen esse datum, quod eorum carmina excerpta et in pedestrem orationem soluta illo corpore comprehenderentur. Inveniuntur multa, quae cum hac viri doctissimi sententia non congruunt. Primum enim versus ex cyclo afferuntur (vid. p. 98. fragm. 21.), qui quomodo in cyclo Dionysii, si totum opus pedestri oratione scriptum erat, locum habere potuerint, non intelligitur. Deinde saepius veteres scriptores ita loquuntur, ut eorum verbis indicetur, carmina ipsa

cyclum fecisse, non excerpta. Aristoteles enim in analyt. post. I, c. 9. *τὰ ἔπη κύκλον* esse dicit, et Themistius quoque analyt. poster. I. *λέγεται*, inquit, *καὶ ἔπη τινὰ κύκλος;* Callimachus se odisse dicit epigr. 29. *τὸ ποίημα τὸ κυκλικόν*, et Photius cod. 239. de epici cycli carminibus loquitur, quae saepe legantur (vid. pag. 8. adnott. 8. et 9.).

Deinde argumentum cycli Dionysii affirmat ex iis carminibus haustum esse, quae in cyclo epico fuerint; sic v. c. Argonautica tam in Dionysii, quam in epico cyclo locum habuisse notum esse dicit. At vero Argonautica in cyclo epico fuisse non notum, sed verisimile tantum est.

Postremo Dionysium cyclographum in cyclico suo opere non solum narrationes dedisse, quae in carminibus epicis, quae cyclica esse putantur, continerentur, sed cum iis conjunctas etiam seriorum poëtarum, tam tragicorum, quam lyricorum fabulas, ex Euripidis illo scholio apparet, quod tam grave est in historia Dionysiorum disquirenda. Quodsi epicorum, tragicorum et lyricorum poëtarum narrationes Dionysius in cyclo suo conjunxerat; quaeritur, qua de causa epicis tantum poëtis a loco, ubi hae narrationes collectae erant, cyclicis nomen inditum sit; et cur epicus cyclus, qui idem est secundum Osanni placitum, atque Dionysii cyclus, ab illorum tragicorum et lyricorum fabulis receptis non etiam tragicus vel lyricus cyclus nominetur. Haec contra Osanni sententiam monere sufficiat, nam non pauca, quae jam per se corruant necesse sit, praetermittere praestat.

Illud Euripidis scholion etiam est, quod me adducit, ut Nitzschii de cyclicis carminibus in quaestione Homerica IV. (Kieliae. 1828.) propositam sententiam non probem, qui in adnotatione 51. ad pag. 50: *Quodsi hos* (de Anticlide et Lysimacho loquitur) *eorumque similes*, inquit, *veterum poëtarum carmina commixtis variorum fabulis perpetua oratione summaque curiositate ad historiarum formam redegisse scimus; videndum sane, ne etiam Procli argumenta historias magis, appictis poëtarum quos fabulator exscripsisset nominibus, quam ipsa illorum carmina referant. Ac si dudum inter doctos de Dionysio Milesio et altero Samio similis et suspicio et dubitatio est, posset quidem facile aliquis cyclica carmina ea esse putare, quibus cyclographi maxime usi essent. Hac ratione certe melius intelligeremus, cur alia carmina cyclica dicta essent, alia secus, quam si cyclum, dum ab alio eruditorum Graecorum alia carmina ad explendum fabularis historiae circuitum recepta essent, sibi omnino non constitisse opinaremur.*

Hae duae de cyclo epico prolatae conjecturae igitur, quum omnes excellentes poëtas, tam epicos, quam tragicos et lyricos, Dionysius in suo cyclo secutus esse videatur ex parteque exscripsisse, stare nullo modo possunt. Conjecturae quidem hae tam re ipsa, quam virorum, qui eas proposuerunt, auctoritate commendantur; at multas alias quum propter levitatem, qua factae sunt, tum propter facilitatem, qua sexcentae

similes effundi possunt, non dignas habui, quas afferrem. Cujus generis conjecturae sunt, quae in commentariis propositae inveniuntur. Viri docti enim saepe dicunt, aliquam historiam Homero incognitam fortasse jam in epico cyclo narratam fuisse, et similia. Quae quum nihil, quo nitantur, habeant, omnes omisi, neque quisquam erit, qui hac de re me credat esse vituperandum.

Haec fere sunt, quae monenda habui. Peto abs *Te*, ne hoc donum abnuas, quo gratum *Tibi, Vir clarissime,* animum testatum volui; sed, qualecunque est, ea qua mihi notus es humanitate accipias. Quodsi forte hic libellus plura non probanda habeat, benigne *Tu*, cui tota antiquitas cognita est et familiaris, in animum revoces, quam facile judicium in talibus disquisitionibus, etiamsi veteres scriptores multa suppeditent, eorum testimoniis turbetur. Eo magis in hac disputatione in errorem non graviter animadvertendum est, quum antiquitas ipsa tam pauca, in quibus, ut in firmo fundamento, gradum possimus sistere, offerat:

ἡμεῖς γὰρ κλέος οἷον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

Scripsi Wimariae
a. d. V. Calendas Septembr.
MDCCCXXIX.

Carolus Guilielmus Müller.

ARGUMENTUM.

Pars prima: De epici cycli natura et historia..... p. 1
§. I. Introductio..... p. 1
§. II. Quid sit cyclus epicus..... p. 5
§. III. Cyclicus poëta malo sensu..... p. 9
§. IV. De editione cycli epici ejusque ex variorum carminibus compositione. ..... p. 14
§. V. De iis, qui cyclum composuisse, de eos cripsisse aut cum eo conjungendi esse videntur..... p. 17
§. VI. Homeri cyclus..... p. 18
§. VII. Phaylli cyclus..... p. 18
§. VIII. Dionysius cyclographus..... p. 19
§. IX. Aristotelis cyclus..... p. 28
§. X. Polemo..... p. 28
§. XI. Quando cyclus compositus sit..... p. 30
Pars secunda: De carminibus in cyclum receptis eorumque fragmentis..... p. 32
§. I. Multa in cyclum relata esse carmina..... p. 32
§. II. Quae carmina in cyclo fuerint ex cycli argumento derivatur..... p. 34
§. III. Theogonia..... p. 52
§. IV. Titanomachia.. .... p. 53
§. V. Gigantomachia..... p. 56
§. VI. Phoronis..... p. 58
§. VII. Argonautica..... ..... p. 60
§. VIII. Heracleïs et *Οἰχαλίας ἅλωσις*..... p. 61
§. IX. Theseïs..... p. 64
§. X. De Amazonide. .... p. 65
§. XI. Dionysiaca..... p. 66
§. XII. Thebais..... .... p. 66
§. XIII. Alcmaeonis..... p. 76
§. XIV. Cypria carmina..... p. 79
§. XV. Ilias cyclica..... p. 99

Digitized by Google

§. XVI. Aethiopis..... p. 101
§. XVII. Ilias parva..... p. 102
§. XVIII. *Ἰλίου πέρσις*..... p. 119
§. XIX. *Νόστοι*..... p. 126
§. XX. Odyssea cyclica..... p. 132
§. XXI. Telegonia..... p. 136
§. XXII. Fragmenta cycli epici, quorum sedes incerta est..... p. 137
Excursus primus: De versibus spondiacis..... p. 139
Excursus secundus: De tabula Iliaca..... p. 149

PARS PRIMA.

DE EPICI CYCLI NATURA ET HISTORIA.

§. I.

Introductio.

In litteraturae Graecae historia aliquid invenimus, quod fere in nulla alia; quippe ab ejus initio opera reperiuntur, quae nunquam superata sunt, neque superabuntur. Etsi ex eo tempore, quod id excipit, in quo haec egregia opera composita esse dicuntur, multa poëtarum poëmatumque epicorum nomina ad nos pervenerunt; tamen omnia integra carmina temporum injuria nobis, magno omnium dolori, erepta sunt. Nam quum magna eorum pars Homero adscribatur, certe id indicatur, veteres ea haud indigna judicasse, quae cum reliquis hujus divini poëtae carminibus comparentur. Lugemus ereptam nobis Thebaïda, dolorem capimus ex Iliade parva et Cypriis carminibus amissis, animi nostri jactura Margitis moventur. Spatium, in quod haec cum multis aliis carminibus epicis referenda sunt, inde ab Homeri Hesiodique tempore usque ad Alexandrinorum poëtarum aetatem procurrit; quorum carminum plurimorum auctores partim ab antiquioribus Homeri

aequales appellantur, partim, sed minus recte, ante Homeri tempora vixisse dicuntur. Nam etiamsi statuamus, singulas horum carminum partes prioribus temporibus esse factas; tamen negari non potest, omnino post Homericorum carminum aetatem poëmata ea esse composita. In hac tota re, quum nihil nisi fragmenta ad nos pervenerint, plurima quidem conjecturis nituntur, et nonnullis veterum testimoniis, quae haud raro sibi invicem repugnent; attamen etiam ex iis fragmentis colligere licet, carmina ea seriorum quam Homericorum temporum esse. Sub finem hujus aetatis, ubi magis arte, quam natura formatum epos invaluit, plures quidem res, quae nos in judicando adjuvent, inveniuntur, sed nihilominus pauca tantum Panyasidis, Pisandri, Antimachi, Choerili fragmenta supersunt.

Hujus inter Homerum Alexandrinosque temporis multis poëmatis nomen cyclicis inditum est, quorum qui auctores fuerint, qui iis hoc nomen dederit, atque in cyclo eos composuerit, vix unum apud veteres scriptores indicium invenitur, ut virorum doctorum, qui de cyclicis poëmatis scripserint, judicia saepissime sibi minime respondere mirandum non sit. Praecipue vero hac de re loquuti sunt:

Salmasius in exercitationibus Plin. pag. 846.

Casaubonus ad Athenaeum VII, 4. (p. 277.) XV, 697. b. ibique Schweighaeuserus.

Christian. Gottl. Schwartzius in dissertatione de poëtis cyclicis, in ejus dissertatt. sel. Erlang. 1778.

Nicolaus Loënsis in miscellan. epiphyll. lib. II. cap. 4. qui liber a Grutero in Tom. V. lampadis criticae receptus est.

Dodwell de cyclis p. 802.

Bouchand antiquités poëtiques, ou dissertation sur les poëtes cycliques, et sur la poësie rhythmique.

Paris. Ann. VII. De qua dissertatione quid judicandum sit, jam Creuzerus nos in libro de arte historica Graecorum pag. 26. docebat, ubi demonstrat, auctorem Schwartzii dissertationem et nonnullos alios libros exscripsisse.

Levesque in memoires de l'institut. nation. Litterature. Tom. I. p. 337 — 343.

Mohnikius historia litteraturae Graecae T. I. p. 189 — 198.

Jacobs in Prolegomenis ad Tzetz. pag. XXI.

Heynius ad Virgil. Aen. lib. II. excurs. I. et in bibliotheca antiquae litteraturae et artis Gotting. Tom. I. p. 23 sqq. ineditorum.

Franc. Wüllnerus de cyclo epico poëtisque cyclicis. Monasterii 1825. quae dissertatio proemio in academia Borussica Rhenana ornata est.

Quorum librorum ne uno quidem, duobus Francogallorum exceptis, non usus sum; sed majus studium in colligendis componendisque veterum de cyclo testimoniis collocavi, qua re etiam plus luminis mihi accepisse, quam ex perlectis horum virorum libris mihi videor, ut saepe mihi nunc ab eorum sententia recedendum sit. Quod nemo mirabitur, qui in memoriam revocat, priorum judicia praecipue paucis verbis Photii in chrestomathia Procliana in compendium redacta niti, quae vix unius paginae spatium complent. Secundum hoc excerptum Cypria carmina, quum, postquam auctor egit de cyclo epico, adjiciat, Proclum etiam de Cypriis carminibus loquutum esse (ut plane cyclus et Cypria carmina sibi invicem opponantur) in cyclum epicum non recepta fuisse videntur. Sed nonnullorum virorum cura in bibliothecis nunc fragmenta chrestomathiae Procli detecta sunt, quae historiae cyclicorum carminum multum luminis afferunt. Tychsenius enim in co-

dice Homeri Iliadis, qui in bibliotheca Escurialensi asservatur, Homeri vitam, et quae pluris aestimanda sunt, excerpta carminum Cypriorum invenit; J. P. Siebenkeesius vero in codice Homeri Venetiano Aethiopidis, Iliadis parvae, carminis de excisione Trojae, librorum *νόστων* et Telegoniae excerpta. Heynius primus erat, qui haec excerpta cum adnotationibus in bibliotheca ant. litt. et art. l. l. edidit. Deinde alii idem fecerunt et nuper repetita sunt in Bekkeri editione Tzetzae.

Cujus bibliothecae Proclianae fragmenta nimis frequenter nostro voto breviora, si cum cyclicorum fragmentis conferimus, totius cycli naturam melius, quam prius fieri potuit, intelligimus; et qui ea inspicit animadvertit, quod quidem priores dubitarunt, Homeri Iliadem et Odysseam fuisse in cyclum receptas; cognoscit, Cypria quoque carmina locum in cyclo habuisse, et ipsam causam, qua permotus Photius sic loquutus sit, ut non recepta fuisse viderentur, invenire potest. Proclus enim suo loco haec carmina in compendium redacta dederat, sed cum variis poëtis adscriberentur, seriem rerum in cyclo narratarum turbare noluit, eamque ob causam de variis poëtis, quibus Cypria attribuerentur serius agebat. Quo factum est, ut secundum Photii excerpta inter cyclica carmina recepta fuisse non viderentur.

Quum igitur duobus tantum veterum scriptorum locis fusior de cyclicis poëtis mentio facta sit, ceteri eos aut vix uno verbo tangant, aut silentio praetermittant, nullus locus negligendus omnesque diligenter examinandi sunt. Quod si facis, nutus attento animo acceptus, conjunctus cum aliis per se minimi momenti indiciis, te saepe ad vera, ad quae sine tua ipsius cogitatione pervenire non potes, perducit.

Quam ob causam mihi ii vituperandi esse videntur, qui quod veteres non dicunt claris verbis, omnino non credunt, quasi hoc nostro tempore omnes mores, omnia in republica litteraria dicta gestaque litteris consignata sint. In memoriam iis revocandum, quot scriptores interierint, qui si superstites essent, certe nos multa, quae nunc argumentando tantum invenire possumus, clara voce docerent; in memoriam revocandum, etiam de iis scriptoribus veteres saepe raro tantum commemorare, qui nunc in celebratissimis habeantur, quique magnum detrimentum nobis, si veterum scriptorum testimoniis nitimur non sentientibus, interire potuerint. Sed jam ad ipsam rem accedam.

§. II.

Quid sit cyclus epicus.

Negari primum non potest, multa hic confusa esse et confundi [ut jam recte Heynius monuit in exc. I. ad Virgil. Aen. lib. II.], quum nomen *κύκλου* ad complures res relatum sit. Nam illi poëtae et scriptores, qui ab Alexandrinis grammaticis, delectu facto, sub canonis nomine proponebantur, cyclici appellati esse videntur, vel potius eorum delectus cyclus [1]). Cyclicorum igitur nomine significantur quinque epici Homerus, Antimachus, Panyasis, Pisander et Hesiodus, qui in canonem quidem illum [2]), at non in cyclum epicum omnes recepti fuerunt. Tum, quum *ἐν κύκλῳ* i. e. in corona, in coetu homines trivialia et tralaticia loqui soleant, adjectivum *κυ-*

---

[1]) Vid. infra §. 9. de Aristotelis *κύκλῳ*.

[2]) Vid. Photii bibl. cod. 239. Tzetzae exeges. in Hesiodum pag. 13. ed. Lips.

κλικὸς fortasse accepit significationem *vulgaris*, vel qui *vulgaria narrat, affert* [3]). Attamen de hac significatione infra nonnullis locis agam, nunc de cyclo epico.

Variae, qui hic cyclus epicus sit, definitiones exstant, quae magna ex parte sibi repugnant, iisque fidentes in errores adducunt. Acron enim [si revera hoc scholion Acronis, quod mihi persuadere vix possum,] in scholl. ad Horat. art. poët. 136: *Cyclicus*, inquit, *poëta est, qui ordinem variare nescit; vel qui carmina sua circumfert, quasi circumforaneus. Aut nomen proprium est et significat Antimachum poëtam. Aliter cyclici dicuntur, qui circum civitates eunt recitantes.* Haec definitio aut valde ridicula et vix ab una parte probanda, aut non ad cyclum epicum referenda. Nam quum Homerus esset in cyclum receptus, quum Cypriorum carminum et cyclicae Thebaïdis haud mala fragmenta inveniamus, prior hujus scholii pars ad cyclum epicum referri non potest, ortaque ex eo, quod in corona, in coetibus, ἐν κύκλῳ, homines res sine ulla arte narrant et loquuntur. Neque secunda ejus pars melior, poëtam cyclicum esse, qui carmina sua circumferat, quasi circumforaneum, nam ne unius quidem libri loco de cycli epici poëta quidquam apud veteres legitur, quod ad hanc scholii partem referri possit; videtur explicatio ex etymo facta esse. Verba vero: *Aut — poëtam* prorsus inepta, quum neque Antimachus in cyclum epicum relatus sit, neque versus ab Horatio laudatus Antimachi esse possit [4]).

---

[3]) Vid. Heinrich. et Buttmann. ad Schol. in Odyss. p. 574.

[4]) Nullo carmine Antimachus, quantum scimus, de rebus Trojanis egit. vid. Schellenberg. Antimachi fragmenta pag. 89 sqq. Quicunque auctor hujus scholii est, errat saepius, quam

Aliter cyclici dicuntur etc. interpretatio potius est, qui rhapsodi vagantesque poëtae sint [5]).

Alia Nicolaus Loënsis statuit l. l.: *veteres cyclicos appellavere, qui ea quae circa Iliada et Odysseam erant versibus de Homeri rhapsodiis consarcinatis decantabant; puta Helenae raptum, Achillis pueritiam et bella ante decennium Troïcae obsidionis gesta, reditum reliquorum Graecorum et his similia.* Etsi negari non potest, hanc definitionem prope ad veritatem accedere, tamen (quod Nicolaus Loënsis ejusque aequales, corrupti Clementis Alexandrini et aliorum judicio putabant, omnes seriores, si qui eorum et priorum poëtarum versus convenirent, sententiaque sibi invicem similes essent, priores imitatos esse,) admixtum est proprium illius saeculi. — Scaligerus [6]) *cyclicam poësin esse* putat, *quae sine episodiis, recto ordine historiam aliquam ab ipsis initiis usque ad finem ejus persequatur.* Ex ipsis Procli fragmentis intelligimus non rectam esse hanc interpretationem, quum cyclus episodia habuerit. Nam in Cypriis carminibus Thesei et Ariadnes, Oedipi et Herculis res narrabantur, quae, si omnia recto ordine narrata essent, ibi locum nullo modo habere potuissent; tum etiam interpretatio rejicienda, quum Homeri carmina cyclica essent. —

---

qui uno loco dignus sit, cui credamus. Ultimo loco videtur eo in errorem inductus esse, quod aut scriptores, qui poëseos epicae exemplaria ab Alexandrinis proponebantur, cum cyclicis commutaverit; aut quod cyclicam Thebaïda laudatam invenerit, sciverit Antimachum ejusdem argumenti poëma composuisse, eamque ob causam Antimachum cyclicum poëtam auctoremque cyclicae Thebaïdis faciebat. vid. Wüllner. p. 27.

[5]) De his vagantibus poëtis vid. infra §. 3 sub fin.

[6]) In notis ad Catulli epigr. 94. de Smyrna Cinnae poëtae.

Heynius [7]), *cyclus epicus*, inquit, *variis modis dictus est, primo ut sit cyclus mythorum inde ab Urano usque ad Ulyssis reditum in Ithacam et mortem; hic proprie est cyclus mythicus, dictus tamen epicus, quoniam plura erant carmina epica, quibus illae fabulae expositae erant; secundo cyclus epicus dictus est ipsorum horum carminum epicorum, quae ita digesta et ordinata a grammaticis fuerant, ut contextus fabularum inde a theogonia ad Ulyssis novissima haberetur. Carmina haec dicta cyclica, et poëtae cyclici.* Non memini, ubi cyclus *mythorum* nominetur epicus, ut, si historia *ἐκ τοῦ ἐπικοῦ κύκλου* afferatur, hoc nihil aliud sibi velit, quam, historiam inter fabulas esse referendam; etiam in Photii bibliotheca cod. 239., ubi Heynius se hoc discrimen animadvertisse putat, nullum inest.

Quae cycli epici interpretationes quum jam satis variorum de eo judicium probent, reliquas praetermitto. Erat igitur mea sententia *cyclus epicus collectio antiquissimorum carminum fabularium* [8]) *ita dispositorum, ut apto ordine* [9]) *historiam fabularem inde ab amore Urani Terraeque usque ad Ulyssis mortem continerent* [10]). Ipsa igitur carmina

---

[7]) In bibliotheca antiq. litt. et art. T. I. p. 45. cf. p. 15.

[8]) Ex variorum poëmatis cyclum compositum fuisse jam Aristoteles docet Analyt. post. lib. I. c. 9. *ἆρα πᾶς κύκλος σχῆμα; ἂν δὲ γράψῃ, δῆλον. τί δέ; τὰ ἔπη κύκλος. Φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν.* Themistius anal. post. lib. I. *εἰ δὲ λέγεται καὶ ἔπη τινα κύκλος, ἀλλ' οὐκ ἐᾷ ταῦτα κύκλον ὑπολαβεῖν τὸν γεωμέτρην ὁ τοῦ κύκλου λόγος.* Photius in bibl. cod. 239. *τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα.* Et ibid. in epigrammate cod. 186. p. 142. Bekker. *πολύθρους στίχος κυκλίων* (leg. *κυκλικῶν*).

[9]) Photius l. l. cod. 239. *τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα — σπουδάζεται —, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.*

[10]) Dicit quidem Heynius in excurs. I. ad Virgil. Aen. lib.

antiquissimorum poëtarum, non eorum excerpta, ut Heinsius in nott. ad Horat. p. 140. putat, fecerunt cyclum epicum. Antiquissimos vero in cyclo poëtas fuisse Clemens Alexandrinus [1]) narrat. Sic Lesches, parvae Iliadis auctor, floruisse dicitur Olymp. 30., Arctinus Olymp. 1., imo Dionysius Halicarn. [2]) eum antiquissimum poëtam nominat.

Qua de causa veteres huic collectioni nomen cyclo imposuerint, conjectura assequi possumus. Collecta erat multitudo carminum cyclus, et ut apud Romanos orbis et circulus multitudo in orbem collecta dicebatur, sic apud Graecos *κύκλος* [3]). Eodem modo epigrammatum collectio *κύκλος ἐπιγραμμάτων* nominabatur [4]). Alia nominis causa, quae mihi probabilior videtur, esse potest, quod cyclus epicus fere totum fabularum ambitum ordinatum continebat, et idcirco cyclus nominabatur.

§. III.

Cyclicus poëta malo sensu.

Si nos fabulas, quae in nonnullis regionibus Germaniae, ut in sylva Hercynia, narrantur et quae

---

II. p. 268. non constanter tradi et incertum esse, quorum poëtarum opera cyclo comprehensa fuerint, et quam late cycli argumentum patuerit, at quum nusquam apud veteres scriptores de hac posteriore re dubitetur, diversaque ab iis, quae proposui, narrentur, Heynius non de veterum, sed de vulgari, quae sua aetate erat, sententia loqui, aut errare videtur.

[1]) Stromat. I. p. 333. Morell. *ταῦτα μὲν προήχθημεν εἰπεῖν, ὅτι μάλιστα ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς τοὺς τοῦ κύκλου ποιητὰς τιθέασιν.* cf. etiam Euseb. praep. evang. I, 10. p. 39. Viger. qui Hesiodum et cyclicos conjungit.

[2]) Archaeol. I, p. 55. R. *παλαιότατος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ποιητής.*

[3]) Vid. Stephani Thes. ling. Gr. ed. Londin. pag. 5451.

[4]) Salmas. ad Solin. p. 857. col. I. C.

magnam partem a poëtis versibus compositae sunt, colligere vellemus; certe multa carmina inveniremus in collectionem recipienda, quamvis a poëtica dictione malis adnumeranda, alia vero etiam digna, quae inter optima referrentur. Non igitur mirandum, in suam collectionem etiam illis hominibus, qui carmina Graeca multa composuerint, itaque ordinarint, ut mythicam historiam continerent, nonnulla carmina fuisse recipienda, quae vix digna essent, ut cum Homero et ceteris bonis carminibus conjungerentur. Attamen his malis carminibus factum est, ut omnibus cyclicis poëtis labecula adspergeretur, interdumque cyclicus poëta idem qui malus sit. De tali poëta Horatii versus in art. poët. 136. intelligendus:

Nec sic incipias, ut scriptor cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.

Quis ille poëta sit, dici vix potest [5]). — Etiam in aliis verbis, quae vituperium cyclicorum continere dicuntur, si recte explicantur nihil vituperationis inest. Sic Callimach. epigr. 29:

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικὸν, οὐδὲ κελεύθῳ
Χαίρω τὶς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει.
Μισῶ καὶ περίφοιτον ἐρώμενον, οὔτ' ἀπὸ κρήνης
Πίνω· σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια.

Secundum Photium l. l. cyclus epicus a multis saepe legebatur. Callimachus vero se ab omnibus multorum communibus rebus abhorrere dicit, eamque ob causam etiam cyclum epicum odit. Haec

---

[5]) Aliter hunc locum Edmund Chishull. in notis ad Horat. quae leguntur in Seebodii Archiv. philol. Tom. II. fascic. I, 1825. p. 182 sqq. interpretatus est. Is confert epigramma Martial. statim laudandum: „Scribat carmina circulis i. e. populi coronis circumstantis, unde poëta cyclicus. Item Callimacho epigramm. attributum *ἐχθαίρω*“ etc.

verborum sententia, neque quidquam in eo vituperii, quod vulgo inesse credunt, invenitur [6]).

Tertius locus Photii est in bibl. cod. 239: *καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετήν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.* Ad multos sine dubio illorum poëtarum haec verba referenda, non ad omnes ut neque ad Homerum, neque ad auctorem Thebaïdis. Etiam non mali poëtae nominantur, sed dicuntur tantum non tam ob virtutem, quam ob aptum ordinem rerum in cyclo epico narratarum saepe legi.

Haec sunt omnia loca, quibus cyclica carmina reprehendi putantur. Unus Polliani in Anthol. epigramm. lib. III. c. 40, 3. restat:

Τοὺς κυκλίους τούτους τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Καὶ διὰ τοῦτ' ἐλέγοις προσέχω πλέον, οὐδὲν ἔχω γὰρ
Παρθενίῳ κλέπτειν, ἢ πάλι Καλλιμάχου.

Quo loco, quum non cyclici sed *κύκλιοι*, veteribus ipsis testantibus, a cyclicis diversi nominentur [7]), si

---

[6]) Miror etiam Wüllnerum l. l. hoc epigramma referre ad cujusque materiae carmina simplici forma facta. Eadem sententia in Horat. Satir. I, 10, 72 sqq. invenitur: *neque, te, ut miretur turba, labores, contentus paucis lectoribus;* et in Martialis Epigrammat. libr. II, 86:

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina *circulis* Palaemon:
Me *raris* juvat auribus placere.

[7]) Bentlej. in opuscul. p. 320. ed. Lips. chorum cyclicum eundem esse dicit, atque dithyrambum, sic etiam Salmas. ad Solin. pag. 857. col. 2. Schol. Pindari ad Olymp. XIII. *πρῶτος ἐν Κορίνθῳ διθύραμβος εἰσήχθη, ὃς ἦν κύκλιος χορός, Ἀρίωνος Μηθυμναίου συστήσαντος αὐτόν.* Athenaeus XV. p. 697. *τί με ἀνέμνασας κείνων κυκλίων* videtur de iisdem loqui. Suid. s. v. *κύκλια. τὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχοντα ταῦτα κύκλια ἔλεγον. Ἀριστοφάνης κύκλιά τε πολλὰ καὶ καλά, τουτέστιν, μέλη, ὕμνους, παιᾶ-*

vulgarem retinemus lectionem, poëtae, de quibus loquimur, ne intelligi quidem possunt. Sed mihi hic, ut nonnullis aliis locis, lectio mutanda et reponenda videtur forma *κυκλικὸς* pro altera *κύκλιος* [8]); quo facto duo sunt, quae poëtis cyclicis vituperio dantur; primum quod saepius in narrando particulis *αὐτὰρ ἔπειτα* (etiam apud Homerum sexcenties recurrentibus), simplicissimo igitur narrationis genere, usi [9]); tum quod aliorum poëtarum verba furati sint. Sed cum omnes hi poëtae tempore vixerint, ubi hoc factum esse non credibile sit, falsum judicandum est hoc Polliani opprobrium; eoque explicandum, quod Homerus et ceteri cyclici in eadem re occupati eadem suo tempore recepta verba in carminibus usurparent. His igitur sententiis, quibus omnibus mihi de cyclicis epicis sermo esse videtur, recte explicatis nihil cyclici reprehenduntur.

Jam restat, ut de nonnullis versificatoribus agam, qui ob nominis similitudinem cum cyclicis confusi

---

νας, προσῳδίας παρθένων. Schol. Aristophan. av. 919. eadem quae Suidas habet, sed praeterea *κύκλια δὲ καλοῦνται μέλη τὰ ἐπεκτεταμένα. ἔστι δὲ διηγηματικόν.* Quibus verbis fortasse, etsi *μέλη* dicat, respexit scholiastes ad cyclica carmina, quum tam longitudo carminis, quam *τὸ διηγηματικὸν* carminis epici, itaque cyclici proprium sit. Cf. Stephan. Thes. pars XVII. pag. 5455. ubi tamen nonnulla falsa.

[8]) Sic corrigendum in epigramm. apud Photium c. 186. p. 142. Bekker. et apud Eustath. ad Odyss. *δ'*. p. 1494. lin. 94. ed. Rom.

[9]) Simplicitatem propriam esse cyclicis carminibus etiam Isidorus lib. VI. dicit: „Cyclus paschalis vocatus, eo quod in orbe digestus sit et quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate et sine ulla arte; unde factum, ut cujusvis materiae carmina simplici forma facta cyclica vocarentur.“ Vide tamen Casaub. ad Athen. VII. p. 277. Salmas. ad Solin. p. 850. D.

et fortasse in causa sunt, quod nonnulli in eo, quid cyclus epicus sit, definiendo erraverint. Antiquioribus enim jam Graeciae temporibus nonnulli poëtae oppidatim iverunt et sua vel aliorum carmina recitaverunt; quod Homerus jam fecisse in ejus et Hesiodi certamine, opere minimae fidei, narratur [10]). Qui poëtae et rhapsodi, crebriores seriori tempore, multis contemtui erant, nominabanturque aut ab eo, quod *ἐν κύκλῳ* per oppida iverunt, aut quod *κύκλοις* i. e. populi circulis sua aliorumque carmina decantarunt, ut videtur, nomine *κυκλικῶν*. Deinde omnibus artificibus artem venalem circumferentibus hoc nomen datum est. Sic, si lectio sincera est, intelligendus Lucian. II, 267. *τῶν κυκλικῶν ἀνίλητῶν καὶ τῶν κιθάρᾳ τὰ ἔννομα προσᾳδόντων*, sed melius *κυκλίων* legitur. Consimiles fuisse videntur poëtae illi nostris declamatoribus lucroque addictis, qui nominantur, improvisatoribus. Quum hi stantes uno pede sexcentos profundant versus, nec cogitandi, nec vix surgendi tempus sibi sumant, a volubilitate linguae tantum commendantur [1]). Quod omne genus hominum a Latinis circulatores et circulares nominabantur, ut apud Senecam in epistolis [2]) mentio cu-

---

[10]) Hesiodi opera ex ed. Loesneri p. 492: *ὁ δὲ Ὅμηρος ἀποτυχὼν τῆς νίκης περιερχόμενος ἔλεγε τὰ ποιήματα.* cf. omnino de his poëtis Georg. Henric. Bode de Orpheo poëta antiquissimo p. 111. 112. not. 3. et Nitzsch. ad Platon. Ion. de rhapsodis agentem. — Schlegel Geschichte der Poesie der Gr. und Röm. T. I. pag. 43.

[1]) Vid. quae Seume in descriptione migrationis, quam Syracusas fecit, Tom. I. pag. 115. 116. narrat.

[2]) Senec. ep. 29: „Hos mihi circulares, qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt, in faciem ingeret.“ Sed de beneficiis VI. cap. 11: „alter apud proximum circulatorem resedit.“ loqui videtur de praestigiatore, *θαυματοποιῷ*.

jusdam philosophi circularis fit. Haec significatio causa erroris Acronis supra notati fuit.

§. IV.

De editione cycli epici ejusque ex variorum carminibus compositione.

De editione cycli epici valde dubitatur et saepius hac de re viri docti loquuti sunt post Buttmanni editionem scholiorum ad Odysseam conscriptorum, ubi ἡ κυκλικὴ Odyssea (quae cum cyclicis circumferebatur, secundum Boeckhium) commemoratur. Jam Heinsius putat l. l., cyclicos in uno corpore editos esse, sed non tam ipsa eorum carmina, quam potius excerpta. Veram cyclicorum editionem, ut alios silentio praetermittam, etiam Schwartz p. 12. videtur statuere, dicens poëmata in cyclo epico maxima cura disposita fuisse; sed nemo suae sententiae argumenta protulit. Sane, tale quid statuere aliisque probare valde difficile est, quum nullum fere carmen epicum in cyclum non relatum sit, imo duo vel tria ejusdem argumenti carmina; quum in eum viri docti etiam lyricos poëtas, ut Stesichorum [3]), recipiendos esse, quum quamque rem bis terque in cyclo narratam esse putent [4]): sed nihilominus omnes afferunt Photii verba, cyclum epicum ob aptum

---

[3]) Heynius in bibl. ant. litt. et art. pars I. inedit. p. 39. 40.

[4]) Sic locum in cyclo epico Eumeli Corinthiaca (in quibus fortasse etiam Argonautarum res narrabantur) et Argonautica et Minyada (quae fortasse ejusdem erat argumenti) habuisse contendunt; in cyclicorum numerum recipiunt Heracleam (Creophyli vel alius) et Οἰχαλίας ἅλωσιν (quod argumentum Creophylus etiam in Heraclea tetigerat), in cyclo ponunt Thebaïdem cyclicam, per ipsum nomen admoniti, et Oedipodiam (etsi Oedipi res jam in Thebaïde essent expositae).

ordinem (*ἀκολουθίαν*) rerum in eo narratarum legi. Quaenam ibi esse potest *ἀκολουθία*, ubi quaeque res saepius necessario integris carminibus et singulis episodiis narratur? et quam ampli ambitus illud opus esse debuit, quum nonnulla etiam nunc ab versuum numero carmina nota sint, ut Danaïs 5500 versibus, carmen Arctini sive Aethiopis sive *Ἰλίου πέρσις* 9100 versibus constabat (vid. Heeren. in bibl. antiq. litt. et art. pars IV. p. 56 sqq.). Corpus poëtarum tanti ambitus vix illis temporibus confici potuit, confectumque simile nostris collectis rerum Germanicarum, Allemannicarum, Italicarum scriptoribus esset. Qua re adducti nonnulli prorsus de editione carminum illorum conjunctorum tacuerunt. Nihilominus ex veterum scriptorum multis testimoniis manifestum est, talem collectionem fuisse. Sic Callimachus (vid. §. 3.) cyclum epicum *τὸ ποίημα τὸ κυκλικὸν* nominat, quod nisi in unum corpus conjuncti fuissent illi, qui cyclici dicuntur, vix aptum sensum praeberet. Tum Aristotel. Analyt. post. l. I, c. 9. idem probat, *ἆρα πᾶς*, dicens, *κύκλος σχῆμα; ἂν δὲ γράψῃ, δῆλον. τί δέ; τὰ ἔπη κύκλος. Φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν.* Nisi jam Aristotelis tempore in unum corpus collecta erant carmina epica, dici quidem potuit *ἔπη* esse *κύκλον*, sed non *τὰ ἔπη*, neque si index eorum ab aliquo grammatico erat confectus [5]). Idem epigramma in Apollodori bibliothecam apud Photium in bibl. cod. 186. indicat:

Μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον, εἰς ἐμὲ δ' ἀθρῶν
Εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

ubi vox *στίχος*, series, carmina ordinata et quasi *μεταστοιχεὶ* posita significat. Idem denique gram-

---

[5]) Vid. Heynius ad Virgil. Aen. II. exc. I. p. 268.

matici probant, qui saepe dicunt, *ἐκ τοῦ ἐπικοῦ κύκλου* aliquid desumptum esse, quod iterum non ad indicem referri potest, sed ad ipsa carmina collecta. Etsi omnia haec loca sic comparata sunt, ut non clament, talem fuisse collectionem, sed indicent: tamen conjuncta nobis persuadent, ut libenter Boeckhii de editione Odysseae, quae cum cyclicis circumlata sit, sententiae accedam [6]).

Quum igitur cyclus epicus multos variorum temporum et poëtarum in variis rebus occupatorum carmina conjuncta contineret, multa certo in eo erant, quae minime inter se convenirent, sibique invicem repugnarent, imo saepe poëtas ne apte conjungi quidem potuisse valde verisimile est. Nihilominus unum corpus faciebant, quod Proclus dicit *διὰ τὴν ἀκολουθίαν* a multis legi. Ipsos poëtas carmina tali modo composuisse, ut apte cum ceteris conjungi potuerint, a nemine probetur, neque forte quadam divinitus, nempe ut septuaginta virorum versio veteris testamenti, quod nominatur, inter se consentire potuerunt; alius aliam sequutus erat poëta narrationem. Equidem, singulorum carminum fragmentis cum Procli chrestomathia a Photio in compendium

---

[6]) Habeo quidem repugnantem Wüllnerum l. l., qui p. 30. recte sententiam de communi cyclicorum editione nullo testimonio (intelligit clamantia argumenta) comprobari dicens, eam ob causam tantum indices eorum carminum Grammaticorum aetate confectos esse contendit. §. VII. Sed certo ipse hic vir, si qua multarum, quae nunc sunt, res Germanicas tractantium societatum, scriptorum, qui singulas Germanicae historiae periodos describunt, indicem ederet, secundum quem illi scriptores apte legi possent, scriptoribus ab eo, quod in hoc indice continerentur, nomen non imponeret, neque, si quid ex eorum libris afferre vellet, *κύκλον Γερμανικὸν* laudaret, quod contra apte facere posset, si vera hoc nomine scriptorum illorum collectio exstaret.

redacta collatis, mihi hoc invenisse videor, nonnulla carmina, non in integra, sed mutata forma in cyclum recepta fuisse; idque ab eo factum, qui cyclum componebat, ut plurimae gravissimaeque certe res narratae inter se convenirent; eoque consilio etiam singulas carminum partes ejectas esse. Qua de re probabili, si, in uno corpore epicos esse collectos, persuasum nobis habemus, infra ubi de singulorum carminum fragmentis disseritur, saepius agendum erit.

§. V.

De iis qui cyclum composuisse, de eo scripsisse aut cum eo conjungendi esse videntur.

Hoc caput omnium difficillimum, quum et perpauca certa nullique dubitationi obnoxia dici possint, et plurima conjecturis minimeque gravibus veterum locis nitantur. Quis vero primus multa epica carmina in eum redegerit ordinem, ut unum quasi effecerint corpus, dici vix potest; fortasse jam Pisistrati tempore, ubi Homeri carmina dispersa in duas collectiones conjungebantur, tale quid et ceteris carminibus contigit. Sed, si conjecturas missas facimus, etiam nunc auctorum veterum testimoniis certe probari potest, multos in his cyclicis carminibus ordinandis excerpendisque fuisse occupatos: laudatur enim Dionysius cyclographus, laudatur Polemon, affertur κύκλος Homeri et Phaylli, et Aristoteles ipse cyclum scripsisse narratur tribus libris constantem. Singulos igitur consideremus, veterum testimoniis ducentibus, ita tamen, ut semper, quantum mihi notae sunt, recentiorum disquisitionibus utamur.

§. VI.

Homeri cyclus.

Proclus [7]), Suidas s. v. *Ὅμηρος* et Ioann. Philoponus [8]) Homerum poëma *κύκλον* fecisse dicunt. Non puto, veteres credidisse, quorum ex scriptis ab his hominibus haustum est, Homerum talem epicorum carminum collectionem fecisse; in cyclo potius plurima eademque optima carmina Homeri nomine inscripta erant, ut Thebaïs, Cypria, Ilias, Ilias parva, *Νόστοι*, Odyssea, quae carmina in integra sua forma quasi cyclum Trojanum efficiebant. Tali modo mihi haec veterum narratio explicanda esse videtur.

§. VII.

De Phaylli cyclo.

Quo tempore hic scriptor vixerit, mihi incognitum. De ejus cyclo haec Aristoteles in Rhet. III, 41. habet: *ἔτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ πραττόμενα ἢ οἶκτον ἢ δείνωσιν φέρει. Παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος, ὅ τε πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔπεσι πεποίηται, καὶ ὁ Φάϋλλος τὸν κύκλον, καὶ ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος.* Secundum exempla apposita imaginem cycli Phaylli nobis fingere possumus. Excerpserat enim omnes res gravissimas et tam contracte paucisque verbis narraverat, ut Homerus ipse omnia quae nono libro Odysseae et sequentibus de Ulysse exponit (*ἀπόλογοι Ἀλκινόου* nominantur), in XXIII. libro sub fin. Ulyssem Penelopae referen-

---

[7]) Procl. in bibl. ant. litt. et art. pars I. pag. 11. inedit.: *οἱ μὲν ἀρχαῖοι καὶ τὸν κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν* (Homerum).

[8]) Io. Philoponus Analyt. I.: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον, ὃ ποιημά τινες μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσιν.*

tem facit. Alius locus, quo de Phayllo ejusque cyclo mentio facta sit, mihi non notus.

§. VIII.

Dionysius κυκλογράφος.

Dionysius quidam κυκλογράφος nominatur, qui aliquo modo cum poëtis cyclicis videtur conjunctus fuisse. Creuzerus in libro de arte Graecorum historica [9]) et, qui eum sequutus est, Weichertus in libro de Apollonii vita et carmine [10]) putant, Milesium hunc Dionysium fuisse, qui secundum anonymum Olympiadum descriptionis auctorem [1]) et secundum Suidam sub v. Ἑκαταῖος Olymp. LXV, 1. vixit [2]). Quae loca collata cum scholio ad Euripid. Orest. 988, ubi Dionysius cyclographus narrasse dicitur, Euripidem in iis, quae de Atrei ariete ibi leguntur, auctorem Alcmaeonidis sequutum esse, satis probant, Dionysium cyclographum et Milesium diversos homines fuisse. Olymp. LXV. enim Dionysius Milesius non natus est, sed floruit, Euripides vero, quocum vel post cujus tempora Dionysius cyclographus secundum hoc scholion vixit, Olymp. LXXV, 1. natus est. Sic inter Dionysii Milesii florem et Euripidem natum quadraginta praeterlapsi sunt anni, quibus 24 annos addere possumus, quo fortasse aetatis anno Euripides Orestem docuerit,

---

[9]) Pag. 128: „Hierin erkennen wir also den κυκλογράφος, wie die Alten den Dionysius von Miletos nannten.“ cf. p. 124.

[10]) Pag. 175. distinguit inter cyclum historicum et mythicum et utrumque Dionysio Milesio adscribit. cf. Wüllner. pag. 8.

[1]) Τότε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος.

[2]) (Ἑκαταῖος) γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος ἐπὶ τῆς ξε' Ὀλυμπιάδος ἱστοριογράφος.

nam verum tempus mihi incognitum. Qua ratione 64 — 70 certe anni inter Dionysii Milesii florem et cyclographum intersunt, ut idem homo non fuerit, vixeritque cyclographus Olymp. LXXXI. tempore vel postea. Quibus accedit, quod Dionysius Samius (non Milesius) ab Athenaeo XI. p. 481. ubi de Ulyssis a Trojana expeditione reditu agitur, laudatur *ἐν ἕκτῳ περὶ τοῦ κύκλου* [3]), ut cyclus ille mythicus, qui res inde a Theogonia usque ad Ulyssis mortem continuerit, non ad Milesium, sed ad Samium Dionysium referendus sit [4]). Cui, quum plurima quae apud scriptores de Dionysiis legantur incerta sint, non repugnat, quod Suidas s. v. *Διονύσιος* non Samio sed Milesio cyclum adscribat [5]). Ut vero demon-

---

[3]) Salmas. exercitt. Plin. p. 827. col. 2. legendum censet *περὶ κύκλωπος*, statuitque Dionysium Samium hunc de Cyclope librum scripsisse, Milesium cyclum epicum prosa oratione exposuisse.

[4]) Heynius in indice scriptorum ab Apollodoro laudatorum p. 980. nullum inter Dionysium Sam. et Mil. discrimen faciens, omnia scripta ad unum refert. Wüllner. p. 8 sqq. omnino Sam. et Mil. Dionysium eundem fuisse contendit, Nestoreisque annis tali modo Dionysium hunc donat. Probo, quod Boeckh. ad Pindar. explicatt. Pyth. I. p. 233. affert, et in indice scriptt. in Schol. Pindaric. laudatorum, nullis argumentis additis. Etiam Panofka de rebus Samiorum p. 94. 95. vera habet, etsi ejus argumenta mihi non placent.

[5]) Suid. *Διονύσιος Μουσωνίου Ῥόδιος ἢ Σάμιος ἱστορικός. ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἰλίου. ἱστορίας τοπικὰς βιβλία ἕξ. οἰκουμένης περιήγησιν. ἱστορίας παιδευτικῆς βιβλία ἰ. ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος ὁ περιηγητὴς Βυζάντιος ἦν διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν.* Ex vita Dionysii (auctoris periegeseos) ab Eustathio conscripta addere possumus huic Dionysio Samio *Βασσαρικά*, nam *τὰ δὲ Βασσαρικά*, inquit Eustathius, *διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τούτου κριθέντα εἰς τὸν Σάμιον ἀνηνέχθησαν Διονύσιον.* Haec *Βασσαρικὰ* carmen fuisse intelligimus ex Stephan. Byzant. s. v. *Ἴαζος*. — De Dionysio Milesio haec narrat Suidas: *Διονύσιος Μιλήσιος ἱστορικὸς τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις ἑ. περιήγησιν οἰ-*

strem, quomodo comparatus Dionysii Samii cyclus fuerit, consideremus duo Diodori Siculi loca lib. III, c. 45. p. 220. et 236. ed. Wesseling [6]). Priori loco

---

κουμένης. Περσικὰ ἰάδι διαλέκτῳ. Τροϊκῶν βιβλία γ'. μυθικά. κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ'. His addenda Ἀργοναυτικὰ ejus, nam Dionysius Milesius ἐν ά Ἀργοναυτικῶν ab Schol. Apollon. Rh. III, 200. laudatur, ἐν β' Ἀργον. IV, 1153. cf. eundem ad IV, 119. Utrum liber Ἀργοναῦται inscriptus ejusdem sit Dionysii Milesii, non discernam. vid. Weichertus l. l. p. 177 sqq. Etiam Dionysius Mitylenaeus librum Ἀργοναῦται scripsit. vid. Weichertum l. l. et, si loca Diodori recte ad Samium Dion. retuli, etiam Samius. Quae si vera, tres Dionysii de Argonautarum rebus exposuerunt, tres periegeseis terrae scripserunt, ut multa sint, quae judicantes impediant. Milesio tamen detrahendus mihi videtur liber, in quo τὰ μετὰ Δαρ. exponebantur, fortasse etiam Περσικά, et Samio adscribenda. Nam Darius mortuus Olymp. 73, 2. ut Dionysius auctor libri τὰ μ. Δ. post hoc tempus vivere debuerit, sicque propius Olymp. LXXX, aetatem Dionysii cyclographi, vixit (cf. Voss. de historicis Gr. lib. IV, c. 3. p. 356). — Dionysii Milesii plurimos libros ad duos refert cyclos Heynius l. l. ἱστορικὸν et μυθικόν; nam τὰ μετὰ Δαρ. et Περσικὰ locum habuisse putat in historico, Argonautica vero Troïca et alia in mythico cyclo. Placet conjectura, et mihi quoque libri sic ordinandi in cyclo mythico videntur: Mythica (qui liber ad antiquissima tempora referendus et de Theogonia, Gigantomachia etc. fortasse egit), Dionysiaca, Amazonica (apud Diodorum), Argonautica (Diodor.) et Troïca; sed hunc cyclum Samio Dionysio adscribo. Quae conjectura tamen nihil luminis nostrae de Dionysiis disquisitioni affert, neque probo Wüllneri studium p. 12. aliter in hac re cogitantes ridiculos faciendi.

[6]) Pag. 220: οὐ μὴν ἀλλ' ἡμεῖς εὑρίσκοντες πολλοὺς μὲν τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῶν μεταγενεστέρων, μνήμην πεποιημένους αὐτῶν, ἀναγράφειν τὰς πράξεις πειρασόμεθα ἐν κεφαλαίοις ἀκολούθως Διονυσίῳ τῷ συντεταγμένῳ τὰ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὸν Διόνυσον, καὶ ἕτερα πολλὰ τῶν ἐν τοῖς παλαιοτάτοις χρόνοις πραχθέντων. Et pag. 236: Διόπερ, ἵνα μηδὲν παραλείπωμεν τῶν ἱστορημένων περὶ Διονύσου, διέξιμεν ἐν κεφαλαίοις τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὅσοι τούτοις σύμφωνα γεγράφασι καὶ Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιΐας. οὗτος γὰρ τά τε περὶ τὸν Διό-

docet, Dionysium res Argonautarum et reliqua antiquissimis temporibus facta composuisse; altero loco rebus Argonautarum adjicit fabulas de Baccho, de Amazonibus, Trojano bello et multa alia, quas res, carminibus veterum poëtarum appositis [7]), narraverit. Quum igitur ejus liber non solum *κύκλος*, sed apud Athenaeum etiam *περὶ κύκλου* nominetur, puto Dionysium non solum vetera poëmata in compendium redegisse et in prosam mutasse orationem, non praetermissis auctorum nominibus, sed etiam longiora poëmatum loca, quae ad res probandas necessaria erant et seriorum poëtarum narrationes addidisse. (Vid. Alcmaeonidis fragm. 2. et infra fragmentum sexti libri.) Quae si vera sunt, hic etiam Dionysius cyclum non composuit, sed ipsas rēs gestas, ex veterum poëtarum testimonio, exposuit.

Creuzerus l. l. Dionysiani cycli ordinem explicare tentavit duce Diodoro Siculo, quod ego facere studebo collectis ejus fragmentis.

Lib. I.

Schol. ad Eurip. Phoen. 1126. *Διονύσιος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ κύκλου βύρσαν αὐτὸν ἠμφιέσθαι φησὶ, καὶ κύκλῳ τὸ σῶμα ὅλον ὠμιατῶσθαι.*

Prius legebatur *ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ*, errore ex scri-

νυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα καὶ πόλλ' ἕτερα συνέταξε παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν. Priorem locum ad cyclum historicum, alterum ad mythicum Weichert. p. 175 sqq., si ejus verba recte intelligo, refert.

[7]) Diodorus *παρατιθεὶς* dicit. Scio quidem *παρατίθεσθαι* apud grammaticos nihil significare, nisi *citare, laudare* (Bast. ad Gregor. Cor. p. 548), sed saepe integra loca, ad quae respicitur, adjiciuntur. Sic Athen. XI. p. 504. a. *παρατιθέμενος Μενάνδρου ἐκ Περινθίας. Οὐδὲ μίαν* etc. et sic saepius.

ptura τῶι α profecto. Recte Valcken. et Matthiae ex cod. Aug. receperunt ἐν πρώτῳ. De Argo vid. fragment. Aegimii apud eundem schol. et Pherecydem ibid. aliosque quos Valcken. laudat scriptores.

2.

Schol. ad Pindar. Isth. 4', 104: *Διονύσιος ἐν πρώτῳ κύκλων Θηρίμαχον καὶ Δηϊκόωντα. Εὐριπίδης δὲ προστίθησιν αὐτοῖς καὶ Ἀριστόδημον.*

Legendum primum *κύκλου*, ut in loco praecedente. Deinde, quod ad rem attinet, sunt Therimachus et Deicoon Herculis et Megarae filii, quibus Apollodor. bibl. 2, 7. 8. p. 163. Creontiadem et Deïonem addit, quos quatuor etiam Dinias Argivus nominat apud schol. Pindar. l. l. q. vid. cf. praeterea schol. ad Lycophron. 662. et Eustath. ad Iliad. λ'. 268. Egerat igitur in primo libro de rebus Herculis, quo adducor, ut etiam hoc fragmentum ad primum librum referendum esse censeam:

3.

Σκύλλα θυγάτηρ μὲν ἦν Φόρκυνος καὶ Ἑκάτης, τὸ μὲν μέγεθος θαυμαστή. εἶχε δὲ πόδας μὲν δώδεκα, κεφαλὰς δὲ ἕξ, ἐν ἑκάστῳ δὲ τῶν στομάτων τρεῖς στίχους ὀδόντων, ὀφθαλμοὺς δὲ πυροειδεῖς. καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἐκρύπτετο αὐτῆς ἔν τινι σπηλαίῳ κατὰ βύθου βεβλημένον, συμφυὲς οὖσα τῇ πέτρᾳ. τὰς δὲ κεφαλὰς αὐτῆς εἶχεν ἔξω περιμήκεις ὥστε δύνασθαι ἀπὸ τῆς πέτρας εἰς τὴν ναῦν φθάνειν. ταύτην λέγεται τὸν Ἡρακλέα ὁπότε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἦγεν, ὡς εἶδεν ἀπλησταυομένην, ἀνελεῖν, τὸν δὲ πατέρα διὰ πυρὸς ἀναγκάσαι πάλιν αὐτὴν ἀναζῆσαι. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Διονύσῳ. Schol. vulg. ad Odyss. μ'. 85. Legas *Διονυσίῳ*, de qua commutatione vid. Schaefer. ad schol. Paris. Apollonii Rh. II, 904. Habemus, si etiam Scyllae descriptio, non solum historia de Hercule

narrata ex Dionysii libro, imaginem ejus similem, quae supra Argi allata est. Dionysius igitur videtur etiam de figura et facie singulorum heroum mentionem fecisse. Quae si vera ea, quae Tzetzes in Homericis ejusdem generis habet, ex Dionysii cyclo vel ejus excerptis hausta sunt. De Scylla vid. Voss. epist. myth. I, 33.

Libri II

nullum inveni fragmentum. In schol. ad Apollonium Rhodium laudatur quidem Dionysius (patria non nominata) *ἐν τῷ β'*, titulo libri non addito; at Weichert. l. l. demonstravit I, 256. intelligendum esse Dionysium Mitylenaeum; sicque II, 956. ad eundem referendum. Utrumque fragmentum praeterea apta essent ad cyclum, nam pertinent (I, 256) ad res Argonautarum et (II, 956) ad Amazones. Utrum alia, quae idem scholiasta (libr. II, 904) narrat, ad Dionysii Samii cyclum referenda sint, fortasse ejus secundum vel tertium librum, an ad alium Dionysium, discerni non potest. Agitur eo fragmento de Dionyso.

Lib. V.

Ad quartum vel quintum librum Dionysii Samii, ut mihi videtur, pertinet fragmentum apud schol. Pindari ad Pyth. I, 109: *φησὶ γὰρ Διονύσιος χρησμοῖς Ἀπόλλωνος ἀπολουσάμενον τὸν Φιλοκτήτην ἀφυπνῶσαι, τὸν δὲ Μαχάονα ἀφελόντα τοῦ ἕλκους τὰς διασαπείσας σάρκας καὶ ἐπικλύσαντα οἴνῳ τὸ τραῦμα ἐπιπάσαι βοτάνην, ἣν Ἀσκλήπιος εἰλήφει παρὰ Χείρωνος, καὶ οὕτως ὑγιασθῆναι τὸν ἥρωα.*

Similia narrat testemque Dionysium affert Tzetz. ad Lycophron. 911: *κατὰ δὲ ἑτέρους καὶ Διονύσιον, ὕπνον αὐτῷ ἐνέβαλεν Ἀπόλλων ἀπολουσαμένῳ, καὶ*

οὕτω τεμὼν αὐτὸν ὁ Μαχάων καὶ ἐπικλύσας οἴνῳ, καὶ θεὶς βοτάνην ἰάσατο.

Fragm. 2.

Clement. Alexandr. cohort. p. 42. ed. Potter.: *πολλοὶ δ' ἂν τάχα που θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον τὸ διοπετὲς καλούμενον, ὃ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ὑφελέσθαι ἀπὸ Ἰλίου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφόωντι, ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατεσκευάσθαι, καθάπερ τὸν Ὀλύμπιον ἐξ ἄλλων ὀστῶν Ἰνδικοῦ θηρίου. καὶ δὲ τὸν ἱστοροῦντα Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ κύκλου παρίστημι.*

Potterus l. l. hoc fragmentum ad Dionysii Milesii cyclum historicum refert eumque alii secuti sunt; quum mihi potius ad Dionysii Samii cyclum pertinere videatur. Narravit igitur in quinto libro (nam sic intelligo *ἐν πέμπτῳ μέρει*) Trojanum bellum, Trojaeque excidium, in quo Palladium primas tenet partes. De Palladio ipso cf. Dionys. Halic. Tom. I p. 172. Pausan. I, 28, 9. Strabon. lib. VI. Apollodor III, 12, 3. ibique Heyne. Tzetz. ad Lycophron. 555.

Fragm. 3.

Ad hunc ipsum Dionysium et quidem ejus quintum librum refero verba infra sub cyclica Odyssea de voce *δέκτης* ex Eustathii commentario ponenda. Nam *ποιητὴς τῶν κυκλίων* (leg. *τοῦ κύκλου*) is est, qui fecit, scripsit cyclum, *κυκλογράφος*. Et Dionysius quidem aut ipse dixerat se v. *δέκτης* pro nomine proprio habere, aut ita rem narraverat, ut appareret, se sub nomine *Δέκτου* virum intellexisse [8]). Cf. fragment. sexti libri.

---

[8]) Alia interpretatio vocis *ποιητὴς τῶν κυκλίων* in mentem venit, quae haud indigna, quam afferam, mihi esse videtur.

Libri VI.

Athen. XI. p. 481: *Διονύσιος δ' ὁ Σάμιος ἐν ἕκτῳ περὶ τοῦ κύκλου τὸ αὐτὸ οἴεται εἶναι κισσύβιον καὶ κύμβιον, φησὶ γὰρ, ὡς Ὀδυσσεὺς πληρώσας κύμβιον ἀκράτου ὤρεξε τῷ Κύκλωπι.* Eadem ipsis Dionysii verbis narrat Athen. XI. p. 477. d.: *καὶ αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ὁρῶν ταῦτα ποιοῦντα, πληρώσας τοῦ οἴνου κύμβιον, δίδωσι πιεῖν.*

Ex hoc loco colligere, effigiemque in animo effingere possumus, quam valde vestigia veterum carminum premens cyclum suum scripserit. Ita enim vetera carmina secutus est, ut saepe versus tantum in prosam verteret orationem verbisque sua aetate receptis uteretur, ut hoc ipso loco ad Homericam vocem *κισσύβιον* (Odyss. IX, 346.) exprimendam v. *κύμβιον* adhibet. Quod mihi etiam causa esse videtur, cur asperitas stili Dionysii ab Eustathio (in vita Dionysii, auctoris periegeseos) notetur.

Secundum haec pauca fragmenta, quorum sedes nobis ex parte incognita, Dionysius primo libro de Inachi progenie egerat, de Niobe ejusque fatis et de Ione Iusque erroribus, quam ob causam etiam de Argo mentionem fecit (fragm. I. cf. Apollodor. II, 1, 1 — 3). In eodem libro de Herculis fatis et laboribus egit, de pugna contra Erginum Orchomenium pro Creonte, Thebarum rege, patre Megarae, quam victoriae praemium uxorem accepit, deinde de Herculis furore ejusque ex Megara filiorum interfectione (fragm. 2). Deinde, relatis ceteris laboribus, profectio Herculis ad Geryonis boves rapiendos ejusque

---

Supra enim in adnotationibus ad §. 3. *κυκλία* dithyrambos, paeanas, hymnos, *μέλη* esse demonstravi; et fortasse Stesichorus intelligendus est, cujus ad *Ἰλίου πέρσιν* haec narratio referri potest.

ab hoc labore reditus narrabatur, ubi Hercules in Siciliam venit ibique cum Scylla pugnat (fragm. 3). Secundo et tertio libro sine dubio Argonautarum expeditionem et bellum contra Thebas gestum tam septem ducum, quam Epigonorum memoriae prodidit. In quarto jam libro, ut mihi verisimile est, initium Trojani belli narravit; quinto Trojae expugnationem, qua ex causa etiam commemoravit de Philoctete ex insula Lemno ad Trojam deportato ejusque curandi ratione (libr. V. fragm. 1.), de Palladio, quod Graecis ad Trojam expugnandum necessarium erat (fragm. 2.), denique de Ulyssis ad Palladium ex Troja rapiendum profectione (fragm. 3). Sexto libro reditus Graecorum a Troja eversa describebatur, Ulyssis errores et apud Cyclopem commoratio (lib. VI. fr. 1). Quod si statuimus hujus libri argumentum fuisse, satis materiae ad unum librum scribendum supererat, res post reditum Graecorum gestae, coloniae et similia; et quum verisimile sit, a Dionysio hunc librum scriptum esse, ex totidem ejus cyclus libris constabat atque a Suida laudatus, neque cum iis pugnabo, qui putent cyclum Samii Dionysii et *κύκλον ἱστορικὸν*, quem Suidas Milesio Dionysio adscribit eundem esse. Certe nusquam mentionem inveni factam *μυθικοῦ κύκλου*, ut nonnulli hunc de quo agimus cyclum nominant, quem Weichertus l. l. putat a Suida *μυθικὰ* nominatum esse. Praeterea ex duobus locis colligo, Dionysium etiam scriptorum et poëtarum, quos secutus erat, ampliorem intulisse mentionem et de eorum fide egisse. Hoc eo indicatur, quod Proclus ad Hesiodum [9])

---

[9]) Proclus ad Hes. p. 7. Gaisf.: *Τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶν ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τῶν Θηβαϊκῶν στρατειῶν, καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως.*

et Tzetzes [10]) ex Dionysii cyclographi libris narrant, Homerum tam Thebano, quam Trojano bello praesentem testem interfuisse.

§. IX.

Aristotelis cyclus.

In incerti auctoris vita Aristotelis, quae apud Meibom. in edit. Diogen. Laërt. Tom. II. p. 202. invenitur, haec in catalogo librorum ab Aristotele scriptorum leguntur: *ἐγκύκλιον β'. μηχανικόν. κύκλον περὶ ποιητῶν γ'.* etc. pro quo Menagius legere vult *κύκλον ἢ περὶ ποιητῶν.* Hic liber non ad cyclum epicum, quod nonnulli voluerunt [1]), pertinuit, sed Aristoteles potius de iis poëtis egit, qui praecipue, ut legerentur, digni erant regulaque quasi sui quisque generis esse poterant (vid. supr. §. 2. not. 2). Auctoritas etiam hujus incerti scriptoris minima est, quum Menagius, qui primus hanc ab Loïaltaeo acceptam vitam edidit, ne sciat quidem, unde descripta sit; ut quum hic liber in catalogo a Diogene confecto non inveniatur, haud affirmem, Aristotelem hujus argumenti librum scripsisse.

§. X.

Polemo.

Ex Venetian. scholl. ad Homer. Iliad. *γ'.* 242. concludere licet, Polemonem quendam librum de cy-

---

[10]) Tzetz. Chiliad. XII:

Τούτου μιᾷ δὲ γενεᾷ Ὅμηρος ὑστέριζε
Ὁ κατὰ τὸν Διονύσιον ἄνδρα τὸν κυκλογράφον
Ἐπὶ τῶν δύο στρατειῶν λεγόμενος ὑπάρχειν
Θηβαϊκῆς Ἑλλήνων τε τῆς διὰ τὴν Ἑλένην.

[1]) Küster. historia crit. Homer. p. 66. Schwartz de cyclo p. 15. §. 16.

clo scripsisse, vel in cyclicis poëtis ordinandis et interpretandis ita fuisse occupatum, ut illis ab eo nomen Polemoniis inditum sit. Nam narrata historia de Idae Lynceique morte, ibi legitur: *ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἤτοι κυκλικοῖς.* Qua scriptura retenta quaeret quispiam, quisnam Polemo ille sit? Suidas quatuor affert Polemones, quorum primus philosophus Atheniensis, cujus Suidae tempore omnia scripta interierant [2]). Alter Polemo, sophista Laodicenus, Trajani temporibus floruit [3]). Tertius Polemo junior, sophista, Commodo regnante vixit. Quartus Iliensis periegetes et historicus est. Quorum Polemonum praecipue quarto convenire videtur, ut vetusta poëmata in ordinem redigeret et interpretaretur. Nam ejus scripta saepe ab Athenaeo laudata omnia ad singularum urbium historiam descriptionemque pertinent [4]). Cujus in fragmentis colligendis etsi valde occupatus eram, nullum tamen invenire potui, quod sine ullo dubio ad librum ejus, qui de cyclo ageret, referendum sit. De Trojanis quidem rebus apud Clement. Alexandr. [5]) agit, sed hoc

---

[2]) Nonnullas sententiarum ejus mihi invenisse videor apud Clement. Alexandr. Stromat. II. p. 500. ed. Potter.

[3]) Vid. Harles. introduct. in histor. ling. Graec. II, 1, pag. 122.

[4]) Sic v. c. *περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων* (Athen. XIII. p. 574), *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων* (ibid.), *περὶ Σαμοθράκης* (Athen. IX. p. 373), *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν* (Athen. IV. p. 138), *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων* (Athen. X. p. 436), *περὶ τῆς Ἀθήνῃσιν ἀκροπόλεως* (Athen. XI. p. 472. cf. 486), *περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων* (Athen. XII. p. 541). Alios ejus libros et epistolas idem laudat.

[5]) Cohort. p. 34. ed. Potter.: *Πολέμων δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρωάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσιν, θρησκεύειν, ὅτι τὰς νεύρας τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων. καὶ σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπεφήμισαν.* cf. praeterea schol. ad Iliad. *ά*. 39.

fragmentum pertinet potius ad *περιήγησιν Ἰλίου*, quam tribus libris scripsit; et alterum apud eundem Clement. fragmentum de Minerva ab Ornyto vulnerata [6]) videtur, inspecto Pausaniae lib. VIII. c. 28. §. 3, locum habuisse in ejus libro *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων*. Quae quum ita sint, etiam mihi Valckenaërii et Heynii mutatio *παρὰ Πολέμωνι ἤτοι κυκλικοῖς* valde probatur [7]) et narratio de Lyncei Idaeque morte vel ex libro de Lacedaemonis urbibus (apud Suidam) vel de anathematis Lacedaemoniis videtur desumpta esse.

§. XI.

Quando cyclus compositus sit.

Horum scriptorum nullus cyclum composuit, etsi valde in veteribus poëmatis Dionysius cyclographus erat occupatus. Ex hac igitur disquisitione nihil deduci potest, quo tempus certum fiat, quando cyclus sit compositus, quod omnes fere viri docti tempore Aristotelis et grammaticorum factum esse consentiunt [8]). Certe Aristotelis tempore jam notissi-

---

[6]) Cohort. p. 31. ed. Potter.: *Πολέμων δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει.*

[7]) Valcken. in dissertatione de scholiis pag. 119. lectionem ex duobus MSS. coaluisse putat, quorum in altero *παρὰ τοῖς κυκλικοῖς*, in altero *παρὰ Πολέμωνι*, quem secutus Heynius ad Homer. Il. γ'. 242.

[8]) Groddeckius de Argonauticis Apollonii in bibl. ant. litterat. et art. part. II. pag. 63: „Alle diese Gedichte begriffen den epischen oder mythischen Cyclus, in welchen sie von den späteren Grammatikern der Zeitfolge nach geordnet, und ihrem Inhalte nach beschrieben worden.“ Heynius ad Virg. l. l. p. 268: „Neque unquam tale corpus plurium poëtarum aliter confectum, quam ut grammaticus aliquis eorum recensum, seu indicem faceret.“ cf. ad biblioth. ant. litt. et art. part. I. p. 45. Tychsen. comm. de Quinto Smyrn. pag. XXXVII: „unde ex iis

mus erat, ut ex locis, ubi Aristoteles de eo commemorat, apparet (vid. supra §. 4). At quum apud nullum priorem scriptorem, ne apud Herodotum quidem, ejus mentio occurrat: non multum temporis ante Aristotelis aetatem compositus esse potest; eamque ob causam cyclum ad Olymp. LXXX—LXXXV. refero, et quae argumenta ad probandum, cyclum antiquissimis jam temporibus fuisse, exponuntur, falsa esse demonstrabo. Nam neque Dionysius *κυκλογράφος*, quem nonnulli [9]) putant in cyclo suo scribendo epicum cyclum secutum esse, LXV. Olympiade floruit, sed serius (vid. §. 8.), neque ex eo, quod cyclici poëtae antiquissimi nominentur, concludere licet, eorum collectionem esse antiquissimam. Nihilominus ex fragmentis chrestomathiae grammaticae Procli duci licet et ductum est [10]) argumentum, cyclum esse antiquissimum; nam in hac chrestomathia [11]) haec leguntur: *Γέγραφε (Ὅμηρος) δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν, ἣν Ξένων* [12]) *καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ, οἱ μέντοι ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν.* Hellanicus natus Olymp. LXXI, 1. hic non bene, ut Heynius [13]) mo-

---

grammatici Alexandrini cyclum epicum sive Trojanum concinnarunt, descriptis secundum rerum ordinem carminibus.“ Ibidem p. LVII: „poëtae epici, quorum quosdam cyclicorum nomine appellavit grammaticorum Alexandrinorum aetas“.

[9]) Wüllner. pag. 13.

[10]) Wüllner. l. l.

[11]) In bibliotheca ant. litter. et art. part. I. p. 11. ineditorum.

[12]) Heynius ad h. l. adnotat in ms. Ven. *ἠυξενων* legi; at Tychsen. l. l. pag. LXI. indicat legendum *ἣν Ξένων*, quam lectionem recepi. Sturz. in Hellanici fragm. p. 173. dedit: *Ὀδύσσειαν· Ξένων* etc. ut Heynius ediderat, sed magis ei lectio *Ἰξίων* placet, ut Demetrius Adramyttenus, qui simplici hoc cognomine non raro appellatur, intelligendus sit.

[13]) De tempore quo Hellanicus natus cf. Sturz. l. l. p. 6. — Heyn. ad l. l. p. 22.

nuit, cum Zenone, sine dubio Citiensi, conjungitur, at quum lectio incerta sit, non est urgenda. Quum igitur verba *οἱ μέντοι ἀρχαῖοι* sequantur, scriptores ante Hellanici tempora viventes intelligere debemus, ut, quum apud eos jam cycli mentio facta sit, certo compositus sit Olymp. LX, vel prius [4]), id est haud ita multo post Eugammonis, Olymp. LIII. florentis, tempus. At hic Hellanicus, quod jam ejus cum Zenone conjunctio probat, non historicus est, sed grammaticus, Agathoclis discipulus, Aristarchi aequalis, vixitque Olymp. CLVI. ant. Christ. 154. [5]) Quae quum ita sint, non puto argumentis cyclum multo Olympiade LXXX. antiquiorem esse demonstrari posse.

---

[4]) Vid. Wüllner. p. 13. cf. Sturz. ad Hellanici fragm. pag. 173.

[5]) Heynius l. l. p. 22. Zenon (*Ζήνων*) Citiensis, quem in Iliadem, Odysseam et Margitem scripsisse satis constat vel ex Dione Chrys. et Laërtio.

PARS SECUNDA.

DE CARMINIBUS IN CYCLUM RECEPTIS EORUMQUE FRAGMENTIS.

§. I.

Multa in cyclum relata sunt carmina

Nullum fere carmen epicum, cujus auctor sub Olympiadum initium vixit, invenitur, quod ab iis, qui de cyclo scripserint, inter cyclica non sit relatum. Praecipue vero Heynius [1]) et Salmasius [2]) multis cyclum carminibus locupletarunt, quorum prior: *Ex priore genere* (cyclo mythico), inquit, *fuere Theogoniae, Cosmogoniae, Titanomachiae, qualis fuit seu Eumeli Corinthii —, seu Arctini, Corinthii —, Gigantomachiae, Φορωνὶς, Δαναΐς, Eoeae, Naupactica, Ἡρακλεία, Ἀργοναυτικὰ, Θηβαΐς (κυκλικὴ dicta), τὰ ἔπη τὰ εἰς τὸν πόλεμον τῶν ἐπιγόνων, Ἀλκμαιωνὶς, Μινυὰς, Αἰγίμιος, Οἰχαλίας ἅλωσις, Κήϋκος γάμος, Ἀμαζονικὰ, Θησηΐς; ex altero* (cyclo Trojano) *autem Arctinus, Lesches, Stasinus Cyprius.* Quae carmina

[1]) Ad Virgilii Aen. lib. II. p. 268.

[2]) Salmasius ad Solinum p. 849.

omnia etiam Groddeckius [3]) in cyclum refert, praeterea Europiam et Oedipodiam adjiciens, ut Salmasius Theogoniam Hesiodi, alii vero etiam Stesichorum et Antimachum [4]). Quibus conjecturis quum nihil proficiatur, sed oculis potius in re per se caliginosa plus caliginis objiciatur, primum disquiramus necesse est, quaenam carmina videantur in cyclum recepta esse; quo facto singulorum carminum fragmenta adponam, adposita explicabo.

§. II.

Quae carmina in cyclo fuerint ex cycli argumento derivatur.

Adponam igitur locum, qui basis atque fundamentum hujus disquisitionis est, ex Photii biblioth. cod. 239. p. 318. ed. Bekker. jam saepius ex parte laudatum. Ibi enim eclogae a Photio contractae ex Procliana chrestomathia grammatica leguntur, nam *ἀνεγνώσθησαν*, inquit, *ἐκ τῆς Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς ἐκλογαί. ἔστι δὲ τὸ βιβλίον εἰς δ' διηρημένον λόγους.* Deinde pag. 319. pergit: *γεγόνασι δὲ τοῦ ἔπους ποιηταὶ κράτιστοι μὲν Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πείσανδρος, Πανύασις, Ἀντίμαχος. διέρχεται δὲ τούτων, ὡς οἷόν τε, καὶ γένος καὶ πατρίδας καί τινας*

---

[3]) Initia historiae litterar. Tom. I. p. 35.

[4]) Sic multi ejusdem argumenti carmina in cyclum referebant, non cogitantes, hac multitudine nullam omnino in cyclo esse potuisse *ἀκολουθίαν*, cujus Photius mentionem facit. Sic *Eoeas magnas* in cyclo ponunt Creuzer. histor. art. Graec. p. 31. Heinrich. prolegom. ad scutum Herculis p. L. *Naupactica* Mohnikius Litterat. Graec. Tom. I. p. 194. et *Genealogias* Asii et Cinaethonis adjicit Groddeckius T. I. p. 37. Wüllnerus vero pag. 45. *Ἡρωογονίαν*, et quum Salmasius etiam *Theogoniam* addiderit, *sex* in cyclo carmina sunt praecipue genealogias continentia. Vide infra II. §. 3. de Theogonia notata.

ἐπὶ μέρους πράξεις. διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου ἐπικοῦ κύκλου, ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως, ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδας ἑκατοντάχειρας καὶ τρεῖς γεννῶσι Κύκλωπας· διαπορεύεται δὲ τά τε ἄλλως περὶ θεῶν τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. καὶ περατοῦται ὁ ἐπικὸς κύκλος, ἐκ διαφόρων ποιητῶν συμπληρούμενος, μέχρι τῆς ἀποβάσεως Ὀδυσσέως τῆς εἰς Ἰθάκην, ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς Τηλεγόνου ἀγνοοῦντος κτείνεται. λέγει δὲ ὡς τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. λέγει δὲ καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευσαμένων τὸν ἐπικὸν κύκλον. λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων, καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσιν Κύπριον, οἱ δὲ Ἡγησῖνον τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν, οἱ δὲ Ὅμηρον· δοῦναι δὲ ὑπὲρ θυγατρὸς Στασίνῳ, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κύπρια τὸν πόνον ἐπικληθῆναι. ἀλλ οὐ τίθεται [ὁ συγγραφεὺς] ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ. μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα. Pag. 323: οἱ μὲν δύο λόγοι τῆς Πρόκλου γραμματικῆς χρηστομαθίας ἐν τούτοις. Igitur duos et, ut videtur, primum quidem et secundum librum complectebantur hae eclogae.

Secundum hanc igitur contractam Procli chrestomathiam epicus cyclus totam complectebatur mythologiam, ab antiquissimis inde temporibus usque ad Graecorum a Trojana expeditione reditum, Ulyssemque a Telegono filio interfectum.

Primum locum sine dubio *Theogonia* tenuit, in qua origo Deorum Dearumque erat narrata, eorumque de filiis, quos cum mortalibus feminis procreavissent, agebatur. Complurium heroum ne mentio

quidem in hoc carmine facta fuerat, sed ea de causa non statuendum, Heroogoniam in cyclo fuisse. Nam quum in singulis carminibus multa de heroibus et eorum origine allata, imo plurima carmina in heroum origine fatisque exponendis occupata essent, hoc carmen [5]) nullo modo necessarium est.

Hoc carmen excepit *Titanomachia*, cujus argumentum notum est (vid. Apollodor. I. c. 2.). In eo fortasse etiam narrabatur novae, Titanibus in Tartarum dejectis, civitatis Deorum sub Jove institutio.

Proximum ab hoc carmine locum tenuisse videtur *Gigantomachia*, in qua Gigantum in Jovem pugnae exponebantur (vid. Voss. epistol. mythol. Tom. 2. p. 259.). Quod, quum certe secundum nonnullas narrationes Herculis mentio in Gigantomachiis facta sit (Apollodor. I, 6, 1.), etiam serius in cyclicorum carminum ordine positum esse potuit.

Tria haec carmina cyclica esse, ex Eusebii praeparatione evangelica [6]) apparet. Dici non potest, quod carmen hanc Gigantum pugnam exceperit. *Prometheis* sine dubio, si tale carmen in cyclo erat, hic posita esse debebat. Cujus carminis quum nulla inveniatur mentio, et Prometheus in Titanomachia et Gigantomachia non ultimas partes ageret, nullo peculiari carmine ejus facta exposita esse videntur. Sic etiam Iûs errores et fata atque ejus patris Inachi historia singulari carmine narrata haud dubie non fuerunt. Memorabilior quidem Ius Inachique historia, quam quae silentio praeteriri potuerit, at copio-

---

[5]) Eam inter cyclica carmina retulit Wüllner. p. 45.

[6]) I, 10. p. 39. ed. Viger.: *ἔνθεν Ἡσίοδος οἱ δὲ κυκλικοὶ περιηχημένοι Θεογονίας καὶ Γιγαντομαχίας καὶ Τιτανομαχίας ἔπλασαν ἰδίας καὶ ἐκτομὰς, οἷς συμπεριφερόμενοι ἐξενίκησαν τὴν ἀλήθειαν.*

sior eorum fortasse mentio facta est in *Phoronide*[7]), quo res a Phoroneo, filio Inachi, gestae, fortasse etiam historia Niobes, filiae Phoronei et Laodices (Apollodor. II, 1, 1.) vel, ut alii volunt, matris Phoronei, conjugis Inachi (Chronic. Euseb. p. 19. ed. Scalig.) continebantur.

Phoronei posteri in Peloponneso, praecipue Argi, regnarunt usque ad Gelanorem, cui Danaus Aegyptius succedebat (Apollodor. II, 1, 2. Pausan. II, 19, 3.), de quo ejusque filiabus carmen antiquo tempore compositum erat *Danaïs* (Biblioth. antiqu. litterat. et art. 4. pag. 56.). Decimus quartus Argi rex, Danao ortus, Acrisius erat, frater Proeti, pater Danaës, avus Persei. Quod carmen de his egerit dicere non possum; nihilominus quum horum, tum Persei fata aliquo carmine fusius narrata fuisse videntur, ut et Bellerophontis res gestae, quas Homerus narrat in Iliad. ζ, 155.

Fabulae ad Cadmum spectantes solae in carmine memoriae proditae fuisse non videntur. Hic post adventum suum in Boeotiam Harmoniam, Martis Venerisque filiam uxorem ducit, neque dubito, quin ejus filiarum, Inonis, Semeles et Penthei nepotis historia locum in Dionysiacis habuerit. Alia pars harum historiarum in Argonauticis narrata fuit, nam Ino Phrixi et Helles noverca est. Quae Argonautica sine dubio in cyclicorum numero ponenda sunt, in iisque etiam multorum heroum, participum illius profectionis, res gestae memoriae traditae erant, ut Herculis, Meleagri, admodum juvenis, et aliorum.

In multis carminibus verris venatio Calydonici

---

[7]) Etiam in carmine inscripto Aegimius, quod receptum in cyclum non erat (Groddeck. Bibl. antiq. litterat. et art. II. p. 84. Weichert. de vit. et script. Apollon. Rhod. p. 139. 140.).

proposita erat, ut in Iliad. ι', 599 sqq., a qua narratione jamjam Eoearum auctor Minyadisque recedebat. Pausan. X, 31.

Etsi nemo erit, qui dubitet, quin in Argonauticis Herculis mentio facta sit, tamen nemo negabit, in singularibus carminibus quoque sive omnia, sive certe praecipua ejus facta esse narrata, eorumque carminum unum in cyclum fuisse receptum.

Post Herculem praecipue memorabilis est Theseus, cujus res gestae in cyclo locum habuerunt post ipsam Heracleïda, sive in singulari carmine, sive cum rebus Atticis conjunctae in Atthidum aliqua. Praeterea singula ejus facta in aliis quoque carminibus narrabantur, ut in Minyade ejus in Orcum descensus (Pausan. X, 28, 1.), cujus argumenti veteres Hesiodi carmen habuerunt (Pausan. IX, 31, 4.). In hoc de rebus a Theseo gestis scripto carmine etiam aliae res expositae fuisse videntur, verbi causa, ubi de festo nuptiali agebatur, Centaurorum mentio est facta et in singulis factis narrandis Amazonum.

Hoc carmen exceperunt, ut mihi quidem videtur, Oedipi ejusque familiae fata et bella Thebaïca tam quod septem duces, quam quod Epigoni gerebant. Quae res carmine Oedipodia, Thebaïde, quae cyclica nominatur, et carmine Epigonis inscripto describebantur. Alcmaeonis quoque carmen ad idem bellum spectat, quum Alcmaeon Epigonum dux fuerit, et res post Thebas captas gestas, praecipue Alcmaeonis matricidium continuisse videtur. Quo in carmine vel in Thebaïde cyclica si etiam bellum Epigonon describebatur, Epigonis recepta non erat. Utrum statim historia belli Trojani annexa fuerit, an carmina interposita essent, facta singulorum virorum praedicantia, nemo erit, qui dicat. Quae ad res Trojanas pertinent carmina omnia per chresto-

mathiam Procli in compendium redactam nobis nota sunt, quam adponere [8]) in animo est.

Ἐπιβάλλει τούτοις [1]) *τὰ λεγόμενα Κύπρια ἐν βιβλίοις*

---

[8]) Hujus chrestomathiam Photius quoque excerpserat, vel potius eam jam in compendium redactam contraxerat (vid. ab initio hujus paragraphi), et haec quoque graviora excerpta non totius chrestomathiae, sed parvae tantum partis sunt, quum apud Photium, ubi duorum librorum excerpta inveniuntur, multa etiam alia legantur. Praemissa his carminibus cyclicis in compendium redactis Homeri vita est, quae inscribitur: *Πρόκλου χρηστομαθίας τῶν εἰς δ' διηρημένων τὸ ά. Ὁμήρου χρόνοι, βίος, χαρακτήρ, ἀναγραφὴ ποιημάτων* in cod. Venet. Aethiopidi inscriptio praeposita est: *Πρόκλου χρηστομαθείας τὸ γ' δεύτερον.* Quod Heynius (in bibliotheca ant. litterat. et art. Tom. I. p. 34. inedit.) de tertii libri eclogarum excerpto altero intelligendum esse contendit, et non possum, quin cum eo consentiam, quum Photius ex duobus prioribus chrestomathiae libris multa alia afferat, quae prima et secunda parte libri secundi pro loco, quem in ejus bibliotheca tenent, exposita esse debuerunt. Erant enim tota excerpta (quod etiam Heynio placet l. l. et Tychsenio ad Quintum Smyrnaeum pag. LXI.) in quatuor partes divisa, etsi duorum tantum librorum Procli excerpta continebant, eaque excerpta, quae adponam, primae et secundae primi libri partis sunt pertinentque ad poësin epicam. In tertia et quarta parte i. e. in secundi libri prima et secunda sectione de elegia, de jambo, de melica poësi etc. egit. Magis tamen mihi lectio a Tychsenio probata placet: *χρηστομαθίας γ' τὸ δεύτερον*, ubi *γ* sumendum pro *γραμματικῆς*, quum in autographo Siebenkeesii inveniatur. — Etsi praeterea alio ordine in MS. Venet., atque hic do, fragmenta legantur, nam primum locum Homeri vita tenet, quam Telegonia Eugammonis, Aethiopis, Ilias, *Νόστοι*, *Ἰλίου πέρσις* Arctini sequuntur, ut nos Siebenkesius in bibl. antiq. litter. et art. T. I. p. 66. docet, quibuscum conf. Tychsen. ad Quint. Smyrn. pag. LXI.: tamen quum jam Heynius et Bekkerus ea secundum rerum narratarum ordinem ediderint, quum duobus locis hic rerum ordo ipsius epitomatoris verbis indicetur (vid. ab initio Aethiopidis et Telegoniae), non dubitavi, quin idem facerem.

[1]) Argumentum Cypriorum ex cod. Escurialensi est. *ἐπιβάλλειν* h. l. i. q. *sequi*. Vid. infra excerpta Aethiopidis ab nitio.

φερόμενα ἔνδεκα, ὧν περὶ τῆς γραφῆς ὕστερον ἐροῦμεν, ἵνα μὴ τὸν ἑξῆς λόγον νῦν ἐμποδίζωμεν· τὰ δὲ περιεχόμενά ἐστι ταῦτα.

Ζεὺς βουλεύεται μετὰ τῆς Θέμιδος [2]) περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου [3]). παραγενομένη δὲ Ἔρις εὐωχουμένων τῶν θεῶν ἐν τοῖς Πηλέως γάμοις νεῖκος περὶ κάλλος ἐνίστησιν Ἀθηνᾷ, Ἥρᾳ καὶ Ἀφροδίτῃ, αἳ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν Ἴδῃ κατὰ Διὸς προσταγὴν ὑφ' Ἑρμοῦ πρὸς τὴν κρίσιν ἄγονται. καὶ προκρίνει τὴν Ἀφροδίτην ἐπαρθεὶς τοῖς Ἑλένης γάμοις ὁ Ἀλέξανδρος [4]). ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης ὑποθεμένης ναυπηγεῖται, καὶ Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ προθεσπίζει [5]), καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει. καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ. ἐπιβὰς δὲ τῇ Λακεδαιμονίᾳ Ἀλέξανδρος ξενίζεται παρὰ τοῖς Τυνδαρίδαις, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Σπάρτῃ παρὰ Μενελάῳ. καὶ Ἑλένῃ παρὰ τὴν εὐωχίαν δίδωσι δῶρα ὁ Ἀλέξανδρος· καὶ μετὰ ταῦτα Μενέλαος εἰς Κρήτην ἐκπλεῖ, κελεύσας τὴν Ἑλένην τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, ἕως ἂν ἀπαλλαγῶσιν· ἐν τούτῳ δὲ Ἀφροδίτη

---

2) Secundum Heynium MS. praebet *Θέτιδος*, at rectum *Θέμιδος*. cf. Homer. Hymn. 23. in Jovem vers. 3.

3) Vid. infra Cypriorum fragmentum I.

4) De nuptiis Pelei et inde orta dissensione vid. Coluth. rapt. Helenae ab init. Hoc nuptiale festum jam Hesiodus cecinerat. Schol. Lycophron. 175. ubi duo hujus carminis versus. cf. Iliad. ω, 18. 59. 432. De judicio Paridis Homerus agit quidem, Iliad. ω, 28. 29. sed illos versus Aristarchus spurios et a seriori compositos habet. Vid. schol. Villois. A. Eam ob causam schol. Villois. ad Iliad. δ, 52. hanc narrationem, ait, Homero incognitam esse. cf. Macrobii Saturn. lib. V.

5) Duo alia oracula ad haec prima belli Trojani tempora spectantia apud scholl. ad Iliad. ε, 64. leguntur, ubi totum hujus belli initium ex Hellanici libris aliter narratur. Menelaus enim Trojam venit eumque in Graeciam Paris comitatur. cf. Heynius ad Iliad. l. l.

συνάγει τὴν Ἑλένην τῷ Ἀλεξάνδρῳ [6]), καὶ μετὰ τὴν μῖξιν τὰ πλεῖστα κτήματα ἐνθέμενοι νυκτὸς ἀποπλέουσιν [7]). χειμῶνα δὲ αὐτοῖς ἐφίστησιν Ἥρα, καὶ προσενεχθεὶς Σιδῶνι ὁ Ἀλέξανδρος αἱρεῖ τὴν πόλιν [8]). καὶ ἀποπλεύσας εἰς Ἴλιον γάμους τῆς Ἑλένης ἐπετέλεσεν.

Ἐν τούτῳ δὲ Κάστωρ μετὰ Πολυδεύκους τὰς Ἴδα καὶ Λυγκέως βοῦς ὑφαιρούμενοι ἐφωράθησαν. καὶ Κάστωρ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἴδα ἀναιρεῖται, Λυγκεὺς δὲ καὶ Ἴδας ὑπὸ Πολυδεύκους, καὶ Ζεὺς αὐτοῖς ἐτερήμερον νέμει τὴν ἀθανασίαν. καὶ μετὰ ταῦτα Ἶρις ἀπαγγέλλεται τῷ Μενελάῳ τὰ γεγονότα κατὰ τὸν οἶκον, ὁ δὲ παραγενόμενος περὶ τῆς ἐπ᾽ Ἴλιον στρατείας βουλεύεται μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ πρὸς Νέστορα παραγίνεται Μενέλαος. Νέστωρ δὲ ἐν παρεκβάσει διηγεῖται αὐτῷ, ὡς Ἐπωπεὺς φθείρας τὴν Λύκου [9]) θυγατέρα

---

[6]) Aethram praecipue Helenae Paridisque favisse amoribus narrat Tzetz. Antehom. 130. ubi vid. Jacobsii not.

[7]) Nolentem Helenam ab Alexandro raptam esse narrant nonnulli, alii, id ipsius voluntate factum. Euripid. Helen. 250. Schol. ad Lycophron. 93: ἐντυχὼν αὐτῇ περὶ τὸν αἰγιαλὸν θυούσῃ νεωστὶ ταῖς Βάκχαις, καὶ τῇ Ἰνοῖ ἁρπάξας αὐτὴν, εἰς Αἴγυπτον παρεγένετο, κἀκεῖ αὐτῇ συνεγένετο. Apud Homerum Alexander non solum Helenam, sed etiam multas res pretiosas rapit. Iliad. γ', 70. ν', 626.

[8]) Vid. infra Cypriorum fragmentum IV.

[9]) Recte Heynius mutavit lectionem cod. MS. *Λυκούργου* in *Λύκου*. Secundum Hygin. fab. 7. Antiope Lyci conjux est, quacum dolo decepta Epopeus rem habuit. Aliter rem narrant Pausan. II, 6. IX, 5. Apollod. III, 5, 5. Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1090. Apud Homer. Od. λ', 260. Antiope filia est Asopi. Quid sibi velint verba Ἐπωπεὺς — ἐξεπορθήθη nescio, nam ἐκπέρθω de urbibus quidem usurpatur, non de hominibus. Mihi videtur igitur, quum apud Apollodor. III, 5, 5. de eadem re hic locus inveniatur: ὁ δὲ στρατευσάμενος Σικυῶνα χειροῦται· καὶ τὸν μὲν Ἐπωπέα κτείνει, legendum esse: Ἐπωπεὺς, φθείρας τὴν Λύκου θυγατέρα (vel potius δάμαρτα, quum Hygìnus Cypria secutus esse videatur), ἐκτάνετο καὶ Σικυὼν ἐξεπορθήθη.

ἐξεπορθήθη, καὶ τὰ περὶ Οἰδίπουν καὶ τὴν Ἡρακλέους μανίαν, καὶ τὰ περὶ Θησέα καὶ Ἀριάδνην. ἔπειτα τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίζουσιν ἐπελθόντες τὴν Ἑλλάδα. καὶ μαίνεσθαι προσποιησάμενον τὸν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν στρατεύεσθαι ἐφώρασαν Παλαμήδους ὑποθεμένου τὸν υἱὸν Τηλέμαχον ἐπὶ κόλασιν ἐξαρπάσαντες [10]).

Καὶ μετὰ ταῦτα συνελθόντες εἰς Αὐλίδα θύουσι. καὶ τὰ περὶ τὸν δράκοντα καὶ τοὺς στρουθοὺς γενόμενα δείκνυται, καὶ Κάλχας περὶ τῶν ἀποβησομένων προλέγει αὐτοῖς. ἔπειτα ἀναχθέντες Τευθρανίᾳ προσίσχουσι, καὶ ταύτην ὡς Ἴλιον ἐπόρθουν [1]). Τήλεφος δὲ ἐκ βοηθείας Θέρσανδρόν τε τὸν Πολυνείκους κτείνει καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται [2]). ἀποπλέουσι δὲ αὐτοῖς ἐκ τῆς Μυσίας χειμὼν ἐπιπίπτει καὶ διασκεδάννυνται. Ἀχιλλεὺς δὲ Σκύρῳ προσχὼν γαμεῖ τὴν Λυκομήδους θυγατέρα Δηϊδάμειαν. ἔπειτα Τήλεφον κατὰ μαντείαν παραγενόμενον εἰς Ἄργος ἰᾶται Ἀχιλλεὺς ὡς ἡγεμόνα τοῦ ἐπ᾽ Ἰλίου πλοῦ [3]).

Καὶ τὸ δεύτερον ἠθροισμένου τοῦ στόλου ἐν Αὐλίδι Ἀγαμέμνων ἐπὶ θήρας βαλὼν ἔλαφον ὑπερβάλλειν ἔφησε καὶ τὴν Ἄρτεμιν. μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς ἐπέσχεν αὐτοὺς τοῦ πλοῦ χειμῶνας ἐπιπέμπουσα. Κάλχαντος δὲ εἰπόντος τὴν τῆς θεοῦ μῆνιν καὶ Ἰφιγένειαν κελεύσαντος θύειν τῇ Ἀρτέμιδι, ὡς ἐπὶ γάμον αὐτὴν Ἀχιλλεῖ μεταπεμψάμενοι θύειν ἐπιχειροῦσιν. Ἄρτεμις δὲ αὐτὴν ἐξαρπάξασα εἰς Ταύρους μετακομίζει καὶ

---

[10]) Recedit auctor Cypriorum ab Odyssea ω, 115. cf. Quint. Smyrn. V, 191. Hygin. 95. Schol. Lycophron. 818.

[1]) „Mirus error si pro Ilio habuere. Lege ὡς Ἰλιέων, quippe Mysi societate cum Trojanis juncti.“ *Heyne.* Haud recte. Vid. Pausan. IX, 5, 7.

[2]) Vid. Tzetz. Antehom. 268. ibiq. Jacobs. Nonnulli putant hujus rei mentionem fieri Iliad. α, 59. ubi cf. Eustath.

[3]) Equos apud Quintum Smyrn. IV, 174. Achilles a Telepho pro vulneris curatione accipit.

ἀθάνατον ποιεῖ, ἔλαφον δὲ ἀντὶ τῆς κόρης παρίστησι τῷ βωμῷ.

Ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη [4]). καὶ Ἀχιλλεὺς ὕστερον κληθεὶς διαφέρεται πρὸς Ἀγαμέμνονα [5]). ἔπειτα ἀποβαίνοντας αὐτοὺς εἰς Ἴλιον εἴργουσιν οἱ Τρῶες, καὶ θνήσκει Πρωτεσίλαος ὑφ' Ἕκτορος. ἔπειτα Ἀχιλλεὺς αὐτοὺς τρέπεται ἀνελὼν Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος [6]). καὶ τοὺς νεκροὺς ἀναιροῦνται, καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες [7]). ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνοι τειχομαχοῦσιν [8]). ἔπειτα τὴν χώραν ἐπεξελθόντες πορθοῦσι καὶ τὰς περιοίκους πόλεις [9]). καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχιλλεὺς Ἑλένην ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι, καὶ συνήγαγον αὐτοὺς εἰς τὸ αὐτὸ Ἀφροδίτη καὶ Θέτις [10]). εἶτα ἀπονοστεῖν ὡρμημένους τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀχιλλεὺς κατέχει. κἄπειτα ἀπελαύνει τὰς Αἰ-

---

4) Vid. Iliad. β', 716 sqq.

5) Cf. parvae Iliad. fragm. IV. Cypriorum fragment. IX.

6) De Cygno vid. Quint. Smyrn. IV, 470. Jacobs. ad Tzetz. Antehom. 257.

7) Ad hanc narrationem pertinent sine dubio quae leguntur Iliad. γ', 204. λ', 138. Unus legatorum ipse Menelaus fuit. Herodot. II, 118. Tzetz. Anteh. 155. ibiq. Jacobs.

8) Cf. Iliad. ζ', 435.

9) Tzetz. Anteh. 247. 260. ibiq. Jacobs.

10) Schol. ad Lycophron. 174: οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι κατ' ὄναρ ὁ Ἀχιλλεὺς μιγεὶς τῇ Ἑλένῃ ἰδεῖν αὐτὴν ἐπεθύμησεν, ἐρωτικῶς ἔχων ἀπὸ τοῦ ὀνείρου, καὶ ἠξίωσεν ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ τείχει. ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὴν ἐπὶ πλείω ἔρωτι διετέθη. Οἱ δὲ οὕτως, ὅτι ἰδὼν αὐτὴν, πρῶτον ἐπὶ τοῦ τείχους, ἔρωτι συνεσχέθη, καὶ ἠξίωσε τὴν μητέρα αὐτοῦ συμπρᾶξαι αὐτῷ εἰς τὸ συμμιχθῆναι αὐτῇ. ἡ δὲ κατ' ὄναρ ἐποίησεν, ὡς δοκεῖν αὐτὸν αὐτῇ συνέρχεσθαι, καὶ οὕτως παρεμυθήθη.

νείου βόας [11]), καὶ Λυρνησὸν καὶ Πήδασον πορθεῖ καὶ συγγὰς τῶν περιοικίδων πόλεων, καὶ Τρωΐλον φονεύει, Λυκάονά τε Πάτροκλος εἰς Λῆμνον ἀγαγὼν ἀπεμπολᾷ. καὶ ἐκ τῶν λαφύρων Ἀχιλλεὺς μὲν τὴν Βρισηΐδα γέρας λαμβάνει, Χρυσηΐδα δὲ Ἀγαμέμνων. ἔπειτα ἔστι Παλαμήδους θάνατος καὶ Διὸς βουλή, ὅπως ἐπικουφίσει τοὺς Τρῶας Ἀχιλλέα τῆς συμμαχίας τῆς Ἑλληνικῆς ἀποστήσας, καὶ κατάλογος τῶν τοῖς Τρωσὶ συμμαχησάντων.

Ἐπιβάλλει [12]) δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ Ἰλιὰς Ὁμήρου, μεθ' ἣν ἐστιν Αἰθιοπίδος βιβλία πέντε Ἀρκτίνου περιέχοντα τάδε.

Ἀμαζὼν Πενθεσίλεια παραγίνεται Τρωσὶ συμμαχήσουσα, Ἄρεως μὲν θυγάτηρ, Θρᾴσσα δὲ τὸ γένος [13]), καὶ κτείνει αὐτὴν ἀριστεύουσαν Ἀχιλλεύς [14]). οἱ δὲ Τρῶες αὐτὴν θάπτουσι καὶ Ἀχιλλεὺς Θερσίτην ἀναιρεῖ, λοιδορηθεὶς πρὸς αὐτοῦ καὶ ὀνειδισθεὶς τὸν ἐπὶ τῇ Πενθεσιλείᾳ λεγόμενον ἔρωτα [15]). καὶ ἐκ τούτου στάσις γίνεται τοῖς Ἀχαιοῖς περὶ τοῦ Θερσίτου φόνου [16]). μετὰ δὲ ταῦτα Ἀχιλλεὺς εἰς Λέσβον πλεῖ, καὶ θύσας Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καθαίρεται τοῦ φόνου ὑπ' Ὀδυσσέως.

---

[11]) Iliad. τ', 92 sqq.

[12]) Ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ. Heynius in bibl. antiq. litt. et art. T. I. p. 34. et Tychsen. ad Quint. Smyrn. p. LXI. ad librum eclogarum referendum esse putant. Equidem ad Cypria carmina refero. Ἐπιβάλλειν significat h. l. *sequi*, ut ab initio harum eclogarum.

[13]) Filia Otreres a Tzetz. Posth. 8. nominatur, ubi cf. Jacobs.

[14]) Cf. Quint. Smyrn. I, 141. Pausan. V, 9, 2.

[15]) Quint. Smyrn. I, 720 — 740. Chaerophon scripserat Ἀχιλλέα θερσιτοφόνον, Jacobs. ad Tzetz. Posth. 199.

[16]) Tzetz. Posth. 206. cum Jacobsii nota. Haec omnia eodem modo atque ordine Quintus Smyrn. in libro I. narrat, omissis iis, quae ad lustrationem Achillis pertinent.

Μέμνων δὲ ὁ Ἠοῦς υἱὸς ἔχων ἡφαιστότευκτον πανοπλίαν παραγίνεται τοῖς Τρωσὶ βοηθήσων. καὶ Θέτις τῷ παιδὶ τὰ κατὰ τὸν Μέμνονα προλέγει, καὶ συμβουλῆς γενομένης Ἀντίλοχος ὑπὸ Μέμνονος ἀναιρεῖται [17]*, ἔπειτα Ἀχιλλεὺς Μέμνονα κτείνει· καὶ τούτῳ μὲν Ἠὼς παρὰ Διὸς αἰτησαμένη ἀθανασίαν δίδωσι* [18]*, τρεψάμενος δ' Ἀχιλλεὺς τοὺς Τρῶας καὶ εἰς τὴν* [πόλιν] [19] *εἰσπεσὼν ὑπὸ Πάριδος ἀναιρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος καὶ περὶ τοῦ πτώματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης Αἴας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζει, Ὀδυσσέως ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν* [20]*. ἔπειτα Ἀντίλοχόν τε θάπτουσι καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Ἀχιλλέως προτίθενται. καὶ Θέτις ἀφικομένη σὺν Μούσαις καὶ ταῖς ἀδελφαῖς θρηνεῖ τὸν παῖδα* [21]*. καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ τῆς πυρᾶς ἡ Θέτις ἁρπάσασα τὸν παῖδα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομίζει* [22]*. οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τὸν τάφον χώσαν-*

---

17) Odyss. δ', 187. vid. Tzetz. Posthom. 262. ibiq. Jacobs.

18) Idem rerum ordo in Quinti Smyrnaei libro I, ubi nonnulla tantum aliter narrantur. Thetis enim ibi Achilli nihil de Memnone dicit, neque Aurora filio suo ab Jove immortalitatem petit.

19) Vocabulum *πόλιν* in cod. MS. non invenitur. Heynius adnotat: f. *πόλιν* l. *πύλην*.

20) Ajax et Ulysses Achillem tuentur in tabul. Iliac. fig. 85. 86. cf. Quint. Smyrn. III, 216. Achilles mortuus ad naves portatur. Quint. Smyrn. III, 387. cf. Lycophron 269. ibiq. Tzetz.

21) Achillis, Patrocli et Antilochi cineres deponuntur in poculo aureo, quod Thetis a Baccho accepit. Odyss. ω, 73. Tzetz. ad Lycophron. 273. Jacobs. ad Tzetz. Posthom. 421. Musae lugent Achillem Homer. Od. ω, 60. Pindar. Isthm. VII, 60. Quint. Smyrn. III, 592. Tzetz. ad Lycophron. 275.

22) Ubi Medeam uxorem ducit. Tzetz. ad Lycophr. 798. 174. De Achille in Leucen insulam misso vid. Quint. Smyrn. III, 770 sqq.

τες ἀγῶνα τιθέασι [23]). καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων Ὀδυσσεῖ καὶ Αἴαντι στάσις ἐμπίπτει [24]).

Ἕξῆς δ' ἐστὶν Ἰλιάδος μικρᾶς βιβλία τέσσαρα Λεσχέω Μυτιληναίου περιέχοντα τάδε.

Ἡ τῶν ὅπλων κρίσις γίνεται, καὶ Ὀδυσσεὺς μετὰ βούλησιν Ἀθηνᾶς λαμβάνει, Αἴας δὲ ἐμμανὴς γενόμενος τήν τε λείαν τῶν Ἀχαιῶν λυμαίνεται καὶ ἑαυτὸν ἀναιρεῖ [25]). μετὰ ταῦτα Ὀδυσσεὺς λοχήσας Ἕλενον λαμβάνει, καὶ χρήσαντος περὶ τῆς ἁλώσεως τούτου Διομήδης ἐκ Λήμνου Φιλοκτήτην ἀνάγει. ἰαθεὶς δὲ οὗτος ὑπὸ Μαχάονος καὶ μονομαχήσας Ἀλεξάνδρῳ, κτείνει· καὶ τὸν νεκρὸν ὑπὸ Μενελάου καταικισθέντα ἀνελόμενοι θάπτουσι οἱ Τρῶες.

Μετὰ δὲ ταῦτα Δηΐφοβος Ἑλένην γαμεῖ. καὶ Νεοπτόλεμον Ὀδυσσεὺς ἐκ Σκύρου ἀγαγὼν τὰ ὅπλα δίδωσι τὰ τοῦ πατρός. καὶ Ἀχιλλεὺς αὐτῷ φαντάζεται. Εὐρύπυλος δὲ ὁ Τηλέφου ἐπίκουρος τοῖς Τρωσὶ παραγίνεται, καὶ ἀριστεύοντα αὐτὸν ἀποκτείνει Νεοπτόλεμος.

Καὶ οἱ Τρῶες πολιορκοῦνται. καὶ Ἐπειὸς κατ' Ἀθηνᾶς προαίρεσιν τὸν δούρειον ἵππον κατασκευάζει. Ὀδυσσεὺς δὲ αἰκισάμενος ἑαυτὸν κατάσκοπος εἰς Ἴλιον παραγίνεται, καὶ ἀναγνωρισθεὶς ὑφ' Ἑλένης περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως συντίθεται. κτείνας τέ τινας τῶν Τρώων ἐπὶ τὰς ναῦς ἀφικνεῖται [26]). καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Διομήδει τὸ Παλλάδιον ἐκκομίζει ἐκ τῆς Ἰλίου [27]).

---

[23]) Argumentum quarti libri Quinti Smyrn.

[24]) Vid. Tzetz. Posth. 481. ibiq. Jacobs. Res eadem serie narrantur a Quinto Smyrnaeo. Justa tamen Antilocho ante Achillem vulneratum fiunt, et Achilles ab Apolline solo vulneratur.

[25]) Omnia in quinto Smyrnaei libro narrantur, ubi tamen Ulysses arma non *κατὰ βούλησιν* Minervae accipit.

[26]) Cf. Odyss. δ', 240.

[27]) Heynius ad Iliad. γ', 205. Pausan. I, 22, 6. Quint. Smyrn. X, 350. Jacobs. ad Tzetz. Posth. 509.

Ἔπειτα εἰς τὸν δούρειον ἵππον τοὺς ἀρίστους ἐμβιβάσαντες, τάς τε σκηνὰς καταφλέξαντες οἱ λοιποὶ τῶν Ἑλλήνων εἰς Τένεδον ἀνάγονται. οἱ δὲ Τρῶες τῶν κακῶν ὑπολαβόντες ἀπαλλάχθαι τόν τε δούρειον ἵππον εἰς τὴν πόλιν εἰσδέχονται, διελόντες μέρος τι τοῦ τείχους καὶ εὐωχοῦνται ὡς νενικηκότες τοὺς Ἕλληνας.

Ἕπεται δὲ τούτοις Ἰλίου περσίδος βιβλία δύο Ἀρκτίνου Μιλησίου, περιέχοντα τάδε· ὡς τὰ περὶ τὸν ἵππον ὑπόπτως ἔχοντες περιστάντες βουλεύονται ὅ τι χρὴ ποιεῖν, καὶ τοῖς μὲν δοκεῖ κατακρημνίσαι αὐτὸν, τοῖς δὲ καταφλέγειν, οἱ δὲ ἱερὸν αὐτὸν ἔφασαν δεῖν τῇ Ἀθηνᾷ ἀνατεθῆναι. καὶ τέλος νικᾷ ἡ τούτων γνώμη. τραπέντες δὲ εἰς εὐφροσύνην εὐωχοῦνται ὡς ἀπηλλαγμένοι τοῦ πολέμου. ἐν αὐτῷ δὲ δύο δράκοντες ἐπιφανέντες τόν τε Λαοκόωντα καὶ τὸν ἕτερον τῶν παίδων διαφθείρουσιν [28]). ἐπὶ δὲ τῷ τέρατι δυσφορήσαντες οἱ περὶ τὸν Αἰνείαν ὑπεξῆλθον εἰς τὴν Ἴδην. καὶ Σίνων τοὺς πυρσοὺς ἀνίσχει τοῖς Ἀχαιοῖς, πρότερον εἰσεληλυθὼς προσποίητος. οἱ δὲ ἐκ Τενέδου προσπλεύσαντες, καὶ οἱ ἐκ [τοῦ] [29]) δουρείου ἵππου ἐπιπίπτουσι τοῖς πολεμίοις, καὶ πολλοὺς ἀνελόντες τὴν πόλιν κατὰ κράτος λαμβάνουσι.

Καὶ Νεοπτόλεμος μὲν ἀποκτείνει Πρίαμον ἐπὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ ἑρκείου βωμὸν καταφυγόντα. Μενέλαος δὲ ἀνευρὼν Ἑλένην ἐπὶ τὰς ναῦς κατάγει, Δηΐφοβον φονεύσας [30]). Κασσάνδραν δὲ Αἴας Ὀϊλέως πρὸς

---

[28]) Eudocia violar. s. v. Αἴσημος p. 31: ἀφ' ὧν (Καλυδνῶν) νήσων δύο δράκοντες, Πόρκις τε καὶ Χαρίβοια, διανηξάμενοι, τὸν παῖδα τοῦ Λαοκόωντος ἀνεῖλον μέσον παντὸς τοῦ λαοῦ, ὅτι τῷ δόρατι βαλεῖν τὸν δούριον ἵππον ἐτόλμησεν.

[29]) Articulus in MSS. et apud Heynium deest. Eum ex conjectura Bekkerus addidit.

[30]) Deiphobus Helenae conjux est; quam narrationem schol. ad Odyss. Θ', 517. seriorum inventum nominat. Cf. Quint. Smyrn. X, 345. et Jacobs. ad Tzetz. Posth. 601.

βίαν ἀποσπῶν συνεφέλκεται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ξόανον, ἐφ' ᾧ παροξυνθέντες οἱ Ἕλληνες καταλεῦσαι βούλονται τὸν Αἴαντα. ὁ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς βωμὸν καταφεύγει καὶ διασώζεται ἐκ τοῦ ἐπικειμένου κινδύνου [31]). ἔπειτα ἀποπλέουσι οἱ Ἕλληνες, καὶ φθορὰν αὐτοῖς Ἀθηνᾶ κατὰ τὸ πέλαγος μηχανᾶται.

. . . . . καὶ Ὀδυσσέως Ἀστυάνακτα ἀνελόντος Νεοπτόλεμος Ἀνδρομάχην γέρας λαμβάνει, καὶ τὰ λοιπὰ λάφυρα διανέμονται. Δημοφῶν τε καὶ Ἄκαμας Αἴθραν εὑρόντες ἄγουσιν μεθ' ἑαυτῶν [32]). ἔπειτα ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν Πολυξένην σφαγιάζουσιν ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον [33]).

---

31) Ajax Cassandram ex ara Minervae trahens est argumentum a veteribus saepe tractatum. Vid. Pausan. V, 19. I, 15, 3. X, 26.

32) Vid. de hac re Homer. Iliad. γ', 144. ibique schol. et Heynium.

33) A veteribus valde amatum argumentum. Vid. Pausan. I, 22, 6. X, 25, 2. — Praeterea verba a καὶ Ὀδυσσέως — ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον cum iis, quae praecedunt conjuncta non sunt, et lacunae signa ante ea ponantur. Siebenkees. in biblioth. antiq. litt. et artis Fasc. I. pag. 39: „Tertium folium (codicis) desideratur, inquit, in quarto haec leguntur: καὶ Ὀδυσσεὺς κτλ." Heynius vero loco l. adnotat: „Etsi non assequor, quomodo ea, quae praecesserunt folii spatium explere potuerint, suspicor tamen hanc esse particulam alterius Excidii Ilii a Lesche perscripti. Ejus enim Ἰλίου πέρσις apud Pausaniam memoratur X, 25. 26. et ib. nonnulla ex his ipsis de quibus hic agitur. Suspicabar aliquando fuisse illam forte eandem cum ea, quae Arctino ab aliis esset tributa. Nunc probabilius videtur, diversam eam ab illa fuisse, adeoque Proclum nunc subjecisse argumentum illius. Dicerem etiam tertiam Stesichori Ἰλίου πέρσιδα partem folii occupasse, si satis esse putarem apponere meras conjectationes." Sed Heynius hic variis modis errat, nam primum verisimile non est, ut jam supra demonstravi, plura carmina in una eademque re occupata in cyclum epicum fuisse recepta. Deinde hoc fragmentum nullo modo pars excerptorum ex Leschis carmine de deleta Troja scripto esse potest. Nam, etsi negari non potest,

Συνάπτεται δὲ τούτοις τὰ τῶν νόστων βιβλία πέντε Αὐγίου Τροιζηνίου περιέχοντα τάδε.

Ἀθηνᾶ Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον εἰς ἔριν καθίστησι περὶ τοῦ ἔκπλου. Ἀγαμέμνων μὲν οὖν τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐξιλασόμενος χόλον ἐπιμένει, Διομήδης δὲ καὶ Νέστωρ ἀναχθέντες εἰς τὴν οἰκείαν διασώζονται μεθ' οὓς ἐκπλεύσας ὁ Μενέλαος μετὰ πέντε νεῶν εἰς Αἴγυπτον παραγίνεται, τῶν λοιπῶν διαφθαρεισῶν νεῶν ἐν τῷ πελάγει. οἱ δὲ περὶ Κάλχαντα καὶ Λεον-

---

nonnulla in his excerptis et fragmentis Leschei carminis convenire, hoc tamen mirum non est, quum tam hoc fragmento, quam Leschis carmine de deleta Troja agatur. Sed luce clarius argumentum meae sententiae est, quod nonnulla non consentiunt. Nam secundum hoc fragmentum Astyanax ab Ulysse interficitur, secundum fragmentum VI. et VII. parvae Iliadis (cur ad hoc carmen h. l. respiciendum esse putem, infra, ubi de parva Iliade agam, sententiam exponam) a Neoptolemo ab turri dejicitur, eoque modo interficitur. Quae quum ita sint, nemo, infra afferendis collatis, adhuc pútabit, fragmentum esse partem Leschis Ilii excidii in compendium redacti. Sed dixerit quispiam, continet igitur partem Stesichori *Ἰλίου περσίδος*. Quod iterum probabile non est. Nam quum Stesichorus non epicus sed *lyricus* poëta fuerit secundum Quintilian. X, 1. (*epici carminis onera Lyra sustinentem*) et alios, receptus esse non potuit in hunc *epicum* cyclum. Tunc etiam non duo vel tria ejusdem argumenti carmina in cyclo esse potuerunt. Argumentum quidem, Stesichorum in cyclo fuisse, petere possumus ex inscriptione tabulae Iliacae, ubi haec leguntur: *Ἰλίου πέρσις κατὰ Στησίχορον*, quo loco Stesichorus conjunctus cum nonnullis poëtis, qui in cyclo erant, nominatur. Sed nihilominus in cyclo *epico* esse non potuit, quum lyricus poëta fuerit. Denique fragmentum *Ἰλίου περσίδος* Arctini ipsius esse potest. Nemo erit, qui neget, excerpta illius carminis nimis brevia, multaque omissa esse gravia, quorum mentionem exspectemus. Quod ipse epitomator, postquam chrestomathiam Proclianam contraxerat, sentiens, nonnullas et praecipuas quidem rerum omissarum ex ipsa chrestomathia adposuit. Quam probabilem conjecturam jam Wüllner. p. 91. 92. proposuit. De tertio folio codicis omisso tunc vero dubitandum, ut jam nonnulli dubitarunt.

τέα καὶ Πολυποίτην πεζῇ πορευθέντες εἰς Κολοφῶνα, Τειρεσίαν [34]) ἐνταῦθα τελευτήσαντα θάπτουσιν.

Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἀποπλεόντων Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπιφανὲν πειρᾶται διακωλύειν, προλέγον τὰ συμβησόμενα. εἶθ' ὁ περὶ τὰς Καφηρίδας πέτρας δηλοῦται χειμὼν καὶ ἡ Αἴαντος φθορὰ τοῦ Λοκροῦ. Νεοπτόλεμος δὲ Θέτιδος ὑποθεμένης πεζῇ ποιεῖται τὴν πορείαν [35]), καὶ παραγενόμενος εἰς Θρᾴκην Ὀδυσσέα καταλαμβάνει ἐν Μαρωνείᾳ, καὶ τὸ λοιπὸν ἀνύει τῆς ὁδοῦ. καὶ τελευτήσαντα Φοίνικα θάπτει, αὐτὸς δὲ εἰς τοὺς Μολοσσοὺς ἀφικόμενος ἀναγνωρίζεται Πηλεῖ....[36]) Ἀγαμέμνονος ὑπὸ Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας ἀναιρεθέντος ὑπ' Ὀρέστου καὶ Πυλάδου τιμωρία, καὶ Μενελάου εἰς τὴν οἰκείαν ἀνακομιδή.

Μετὰ ταῦτά ἐστιν Ὁμήρου Ὀδυσσεία. ἔπειτα Τηλεγονίας βιβλία δύο Εὐγάμμονος Κυρηναίου, περιέχοντα τάδε.

Οἱ μνηστῆρες ὑπὸ τῶν προσηκόντων θάπτονται. καὶ Ὀδυσσεὺς θύσας Νύμφαις εἰς Ἦλιν ἀποπλεῖ ἐπισκεψόμενος τὰ βουκόλια, καὶ ξενίζεται παρὰ Πολυξένῳ, δῶρόν τε λαμβάνει κρατῆρα, καὶ ἐπὶ τούτου τὰ περὶ Τροφώνιον καὶ Ἀγαμήδην καὶ Αὐγέαν. ἔπειτα εἰς Ἰθάκην καταπλεύσας τὰς ὑπὸ Τειρεσίου ῥηθείσας τελεῖ θυσίας. καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Θεσπρωτοὺς ἀφι-

---

34) Si ad vulgarem respicitur narrationem, legendum est *Κάλχαντα*. cf. Strabo Geogr. libr. XIV. p. 178. 231. 232. ed. Tauchnitz. Tzetz. ad Lycophron. 427. Eustath. ad Hom. Iliad. α', 69.

35) Vid. de reditu Neoptolemi Boeckh. ad Pindar. explicatt. Nem. VII. pag. 425. 426. Auctorem *νόστων* videtur Apollodorus sequutus esse, nam apud schol. Lycophron. 902. haec Apollodori leguntur: *Νεοπτόλεμος δὲ μετὰ ζ' ἡμέρας πεζῇ εἰς Μολοσσοὺς ἀπῆλθε μετὰ Ἑλένου, καθ' ὁδοῦ θάψας τὸν Φοίνικα.* Cf. Heynius fragm. p. 1038.

36) „Ex cod. notatum *Πηλεῖ .... τα ἀγαμ.* Potuit esse *ἔπειτα τὰ Ἀ. — καὶ τούτων ὑπ' Ὀδ.*" *Heyne.*

κνεῖται καὶ γαμεῖ Καλλιδίκην, βασιλίδα τῶν Θεσπρωτῶν. ἔπειτα πόλεμος συνίσταται τοῖς Θεσπρωτοῖς πρὸς Βρύγους Ὀδυσσέως ἡγουμένου. ἐνταῦθα Ἄρης τοὺς περὶ τὸν Ὀδυσσέα τρέπεται. καὶ αὐτῷ εἰς μάχην Ἀθηνᾶ καθίσταται. τούτους μὲν Ἀπόλλων διαλύει. μετὰ δὲ τὴν Καλλιδίκης τελευτὴν τὴν μὲν βασιλείαν διαδέχεται Πολυποίτης ὁ Ὀδυσσέως υἱὸς, αὐτὸς δὲ εἰς Ἰθάκην ἀφικνεῖται. κἀν τούτῳ Τηλέγονος εἰς ζήτησιν τοῦ πατρὸς πλέων, ἀποβὰς εἰς τὴν Ἰθάκην, τέμνει τὴν νῆσον. ἐκβοηθήσας δ' Ὀδυσσεὺς ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖται κατ' ἄγνοιαν. Τηλέγονος δὲ ἐπιγνοὺς τὴν ἁμαρτίαν τό τε τοῦ πατρὸς σῶμα καὶ τὸν Τηλέμαχον καὶ τὴν Πηνελόπην πρὸς τὴν μητέρα καθίστησιν. ἡ δὲ αὐτοὺς ἀθανάτους ποιεῖ, καὶ συνοικεῖ τῇ μὲν Πηνελόπῃ Τηλέγονος, Κίρκῃ δὲ Τηλέμαχος.

Secundum haec fragmenta carmina cyclica, quorum argumentum adponitur, historica fuerunt, ut concludere liceat, cetera ejusdem fuisse generis, neque aliud carmen fuisse receptum. Quae quum ita sint, omnia Hesiodi Hesiodoque similium poëtarum carmina ex cyclo excludenda, quippe quae potius philosophica, quam historica sint. Nam ut Homerus et qui Homeri similes sunt poëtae praecursores sunt logographorum historicorumque, sic Hesiodi Theogonia Ionicis philosophis facem praetulit, ut carmine inscripto: Opera et dies, philosophiae ex parte, quae nominatur moralis. Quod ingenium poëtarum poëmatumque nos ducere in hac disquisitione debet, non veterum nonnulla testimonia obscura, quae magis rem turbant, quam ea sequutos ducant [37]). Nunc

[37]) Photius enim loco supra laud. Homerum et Hesiodum cyclicis opponit, et Eusebius quoque Hesiodo opponit cyclicos. Uterque igitur poëta secundum h. l. inter cyclicos recepti non fuerunt. At hoc eo factum, quod ceteri poëtae partim eo tan-

argumento cycli probabili certe exposito, disquiramus, qui illi poëtae fuerint, quorum carmina in cyclo essent.

§. III.

Theogonia.

Quum Theogonia sine dubio primum tenuerit locum, statim ab initio cycli carmen, cujus auctorem nominare non possumus, invenimus. Nam etsi nonnulli contendunt, Hesiodi Theogoniam in cyclum receptam fuisse; tamen hoc ob causam allatam non probabilius est, quam Theogoniam Epimenidis, magis Orpheo quam Homero similis poëtae, locum in cyclo habuisse (vid. Groddeck. in bibl. antiqu. litter. et art. fascic. 2. p. 78. 79.). Nonnullis Cinaethonis Theogoniam locum in cyclo habuisse placet. At qua auctoritate haec Theogonia nititur? Lilius Gyraldus in tertii de poëtarum historia dialogi initio p. 120: „*Post Arctinum*, inquit, *fuit Cinaethon, poëta Lacedaemonius, qui Theogoniam carmine conscripsit, ut est auctor Pausanias in Corinthiacis. Meminit et Eusebius.*“ Joannes Faësius et Paulus Colomesius [38]) tamen jam legere voluerunt in libro Gyraldi: Telegonia. Heerenius etiam apud Eusebium pro Telegonia, Theogonia [39]) contra codd. MSS. auctorita-

---

tum memorabiles erant, quod in cyclo locum habebant, Hesiodus et Homerus vero per se ipsos magni aestimabantur.

[38]) In adnotationibus ad Gyraldi librum l. l. haec habent: „Lege Telegoniam ex Eusebii Chronico, a quo, sed mendose, sua Gyraldus. Opus hoc non aliud fuisse arbitror ab eo, de quo Pausanias in Corinthiacis et Messenicis.“

[39]) Heeren. in bibliotheca antiqu. litter. et artis fasicul. 4. pag. 58. Eusebii verba apud Hieronym. ad Olymp. III. sic corrigit: „Cinaethon Lacedaemonius poëta, qui *Theogoniam* scripsit agnoscitur.“

tem [40]) legendum esse censet. Denique Scaligerus in animadverss. ad l. l. Eusebii revocat a correctura. Nihilominus Wüllnerus hanc valde dubiam Theogoniam in cyclum recepit. Heerenius praeterea sibi persuasum habet, quod Pausanias laudet opus, esse Theogoniam, quae res omnibus Pausaniae collatis locis minime placet. Nam etsi Pausanias opus, ex quo hausit, nunquam nominat, tamen ejus nomen potius fuisse *γενεαλογίας* vel *ἔπη* quam *θεογονίαν* colligere possumus [41]). Quam ob causam statuendum, Cinaethonem opus, cui nomen Telegoniae inditum erat et aliud, cui genealogiis, scripsisse. Quae quum ita sint, *Cinaethonis* Theogonia in cyclo esse non potuit. At Theogoniam aliquam cyclicam fuisse ex Eusebii loco supra part. II. §. II. laudato intelligitur.

§. IV.

Titanomachia.

Titanomachiam in collectione illa carminum epicorum fuisse, Eusebius l. l. testatur, sed quum certe compluribus carminibus Titanum pugnae narrarentur, inquirendum, quis Titanomachiae auctor fuerit. Athenaeus (vid. infra fragment. I.) duos nominat auctores, Arctinum et Eumelum, alii Eumelum tantum. Qua ex re apparet, partim jam veteres scripto-

---

[40]) C. Salmasius in exemplari Eusebii, quod in Magni Ducis Wimariensium bibliotheca asservatur, haec adscripsit: „Cinetho — Thelegoniam in pr. Pal. (Palatino cod.) reliqui Pal. Tegeleniam."

[41]) Haec sunt testimonia apud Pausaniam, quae huc pertinent: lib. II. 5, 7. *Κιναίθων δὲ ὁ Λακ. (ἐγενεαλόγησε γὰρ καὶ οὗτος ἔπεσι).* II, 18, 5. *Κιναίθων ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν.* IV, 2, 1. *ὁπόσα Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησεν.* VIII, 53, 2. *Κιναίθων δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν.*

res nescivisse, quis hoc carmen composuerit, partim Eumelum Arctini similem poëtam fuisse, eumque igitur inter cyclicos referri posse. Fragmenta, quae mihi innotuerunt, haec sunt:

1.

Ἐν δ' αὐτῇ πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοὶ
Νήχοντες παίζουσι δι' ὕδατος ἀμβροσίοιο.

Athenaeus VIII. p. 277. d. [*Ἐγὼ δὲ οὐκ ὤν*, inquit, *ὀψοφαγίστατος —, οἶδα ὅτι ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ οὕτως εἴρηκεν. Ἐν δ' αὐτῇ* etc. Tum pergit: *Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιΐᾳ.*]

Ad quid hoc fragmentum referendum sit, mihi incognitum. Num intelligendum ad voc. *αὐτῇ*: *θαλάσσῃ?*

2.

Μέσσοισιν δ' ὠρχεῖτο πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hic versus videtur ad idem carmen, atque primum fragmentum pertinere, nam Athenaeus, qui lib. I. p. 83. eum laudat, eodem modo, quo supra incertus est ad utrum, ad Eumelum an Arctinum eum referat; dicit enim: *Εὔμηλος δὲ ἢ Ἀρκτῖνος ὁ Κορίνθιος τὸν Δία ὀρχούμενόν που παράγει, λέγων* etc.

3.

Εἵς τε δικαιοσύνην θνητων γένος ἤγαγε δείξας
Ὅρκον καὶ θυσίας ἱλαρὰς καὶ σχήματ' Ὀλύμπου.

Versus, quos Clemens Alexandr. Stromat. I. p. 360. ed. Potter. [42]) laudat, cyclicae Titanomachiae esse

---

[42]) *Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν*

videntur. Praeterea versus restitui mutata voce *σχήματα* in *σχήματ'*, et pauca tantum de quantitate syllabarum vocis *ἱλαρὸς* adjicienda. Verbi *ἱλάομαι* et inde derivatorum prima syllaba saepissime longa est, sed etiam brevis [ut Iliad. *α'*, 100. 147. *β'*, 550. Apollon. Rhod. II, 849. IV, 480.]. In *ἵλαος* etiam secunda syllaba nonnunquam longa [ut Iliad. *α'*, 583. Hymn. in Cerer. 204. Hesiod. *ἔργ.* 338.], sed brevis quoque reperitur [ut Iliad. *ι'*, 635. *τ'*, 178. Hymn. in Vestam (29) vs. 20.]. Heynius [ad Iliad. *α'*, 583.] omnia loca, ubi syllaba *ἱλ* brevis est mutare vult, certo haud recte. Quum igitur loco l. prima syllaba anceps sit, etiam voc. *ἱλαρὸς* prima syllaba ea quantitate usurpari potest. Secunda corripienda ut in *λιπαρὸς*, *λιαρός*. De Chirone vid. infra ad Gigantomachiae fragment.

4.

Στήσαντ' Αἰγαίωνι, ἀλὸς μεδέοντι, Γίγαντες.

Hoc fragmentum, quod apud schol. Pindari Nem. III, 37. his verbis *στῆλαι τὴν Αἰγ.* legitur, correxit et ad cyclicam Titanomachiam retulit Vossius [in libro: Alte Weltkunde pag. XXVI.], quae conjectura comprobatur a Weicherto [de vit. et scriptis Apollonii p. 198.]. — Sermo est de Herculis columnis, quae h. l. positae esse dicuntur Aegaeoni. Vid. Voss. l. l.

5.

Εὔμηλος δὲ ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Γῆς καὶ Πόντου υἱὸν τὸν Αἰγαίωνα εἶναί φησι, κατοικοῦντα δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ συμμαχεῖν τοῖς Τιτᾶσι.

Haec schol. Apollon. Rhod. I, 1165. habet et eadem fere leguntur in Eudociae Violario p. 29. ubi

---

καλεῖ. ἐφ' οὗ καὶ ὁ τὴν Τιτανομαχίαν γράψας φησὶν, ὡς πρῶτος οὗτος εἰς τὸ δικαιοσύνην etc.

Ἤμολος in *Εὔμηλος* mutandum. Quod ad Aegaeonem, qui etiam Briareus nominatur [Iliad. *α'*, 403.] [43]), pertinet, erat Terrae et Urani filius, et una cum duobus fratribus, Cotto et Gyge contra Titanes pugnabat [Hesiod. Theogon. 714.], iisque devictis in Tartaro custos adponebatur [vers 734.]. Secundum aliam narrationem [ibid. vers. 817.] tres centimani *ἐπ' Ὠκεανοῖο θεμέθλοις* habitant et Neptunus Briareo filiam dat nuptum. Apud Homerum contra a Thetide in Olympum vocatus socius Jovis est, et Junonem, Neptunum et Minervam, qui Jovi vincula injicere volunt, terrore permotos repulit. Quacum Homeri narratione Ion in dithyrambis consentit [44]). Terraeus Aegaeona inter Gigantas retulerat, dixeratque eum ex Euboea in Phrygiam venisse ibique mortuum esse, quam narrationem Apollonius Rhod. fortasse sequutus est, qui ejus de sepulcro ad ostium Phyndaci jacenti mentionem facit I, 1165. Latinorum poëtarum eum Ovidius Met. II, 10. inter Deos marinos refert. Eustathius et scholl. ad Homer. l. l. eum *δαίμονα θαλάσσιον* nominant. cf. praeterea Voss. alte Weltkunde p. XXVII.

Ex his paucis fragmentis nihil de totius carminis oeconomia et genere dicendi statuere licet.

§. V.

Gigantomachia.

In fragmento tabulae marmoreae Telesidis Methymnaei et alius cujusdam scriptoris Gigantomachia

---

[43]) Schol. Apollonii Rhod. I, 1165. et Eudocia Violar. p. 29. eum Gygem nominantes errant.

[44]) Apud schol. Apollon. l. l. ubi ab Ione *θαλάσσης* filius nominatur.

vel Titanomachia laudatur, qui Telesis incognitus poëta alteriusque ne nomen quidem notum est, ut quum in his rebus conjecturis nihil efficiatur, unumque tantum hujus carminis fragmentum invenerim, quod dubitat Weichertus [de Apollonii vita et scriptis p. 199.] num ad Gigantomachiam, an potius ad Titanomachiam pertineat; hanc rem omnem omittam. Nihilominus certum est, hoc carmen antiquissimis temporibus esse compositum, quum ut cetera eaque magis cognita sine auctoris nomine laudetur; et persuasum mihi est, auctorem I — XXX Olympiad. vixisse.

Fragmentum legitur in schol. ad Apollon. Rhod. I, 554. *Ὁ δὲ τὴν Γιγαντομαχίαν ποιήσας φησὶν, ὅτι ὁ Κρόνος μεταμορφωθεὶς εἰς ἵππον συνεγένετο Φιλύρᾳ τῇ Ὠκεανοῦ, καὶ διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ Χείρων ἱπποκένταυρος. Τούτου γυνὴ Χαρικλώ. Εἰκότως δὲ παρεισήγαγε Χείρωνος εἰκόνα, καὶ ὡς φιλαλήθη* (Schol. Henric. Stephan. *φιλάνθρωπον*), *καὶ ὡς δικαιότατον τῶν Κενταύρων, καὶ ὡς ἔχοντα οἰκειότητα πρὸς Ἰάσονα. Τὴν γὰρ ἰατρικὴν ἔμαθε παρ' αὐτοῦ.*

Plerique in eo consentiunt, Cronum et Philyram Chironis parentes fuisse [45]); Suidas in Thessalicis vero [46]) eum, ut ceteros Centauros, Ixionis filium, Pirithi fratrem esse narraverat; Pherecydes [47]) Cronum in equum mutatum rem cum Philyra, filia Oceani habuisse, eamque ob causam Chironem biformem esse. Conjux ejus a Pindaro quoque [Pyth. IV, 148.] *Χαρικλὼ* nominatur. Quod ad ejus mores,

---

[45]) Pindar. Pyth. IV, 205. *Κρονίδας Χείρων.* Apollodor. I, 2. p. 6.

[46]) Schol. Apollon. Rhod. I, 554. II, 1231.

[47]) Vid. schol. Apollon. l. l.

qui hoc loco describuntur, attinet, jamjam Homerus [Iliad. λ', 831.] eum *δικαιότατον Κενταύρων* nominat, reique medicae peritum, quem omnes seriores sequuti, ut Staphylus [48]), qui de ejus peritia astrologiae mentionem fecerat. Vid. supra ad Titanomachiae fragm. 3.

§. VI.

Phoronis.

Etiam carmen inter cyclica esse debuit, quo Inachi, Ius, Phoronei, cetera hujus familiae facta narrabantur. Pars harum rerum certe in Phoronide memoriae prodita erat, et quum nullum aptius ad hunc defectum supplendum carmen notum sit, eam in cyclicis pono; habuitque, quum Phoronis primus mortalis nominetur, primum ab iis carminibus locum, quae praecipue in Deorum historia describenda occupata erant. Carminis ipsius oeconomiam perspectam non habeo, nam quomodo Idaei Dactyli et Curetes memorati esse potuerint, non intelligo, nisi forte Bacchi quoque mentio in hoc carmine facta, cui Curetes et Idaei Dactyli, qui cum mystico Deorum cultu conjuncti erant, socii addebantur. Auctor carminis, nomine non addito, laudatur *ὁ τὴν Φορωνίδα πεποιηκώς* et similiter. Fragmenta, quae inveni, haec sunt:

1.

Clement. Alexandr. Stromat. I. p. 380. ed. Potter.: *Ἀκουσίλαος γὰρ Φορωνέα πρῶτον ἀνθρώπων γενέσθαι λέγει, ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς εἶναι αὐτὸν ἔφη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων.*

---

[48]) Staphylus in quarto libro de Thessalia. Vid. schol. Apollon. IV, 816.

Qua de causa Phoroneus primus homo vel pater hominum dicatur, ex Pausaniae lib. II, c. 14. §. 5. colligere possumus, ubi primus dissipatos homines congregasse urbemque *ἄστυ Φορωνικὸν* condidisse perhibetur. [Cf. Clement. Alexandr. cohort. ad gentes p. 38. ed. Potter.]

2.

Ejusd. Stromat. I. p. 418.: *γράφει γοῦν ὁ τὴν Φορωνίδα ποιήσας·*

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης,
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
Πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

De Callithoë sive Callithyia, prima sacerdote Junonis Argivae, vid. Heynius ad Apollodor. II, 1, 2. p. 246.

3.

Strabon. lib. X, c. 3. p. 364. ed. Tauchn.: *Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα γράψας αὐλητὰς καὶ Φρύγας τοὺς Κουρῆτας λέγει.*

De Curetibus agere non hujus loci est. Facili mutatione, quae jam aliis in mentem venit [49]), scripsi pro *στέψας* codicum *γράψας*. Attamen *στέψας* intelligere possumus vel de operis magnitudine, vel de ejus ornatu. [vid. Tzschuckii notam.]

4.

Schol. ad Apollon. Rh. Argonaut. I, 1131.: *Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα συνθεὶς γράφει οὕτως·*

ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,

---

[49]) Sturz. Hellanici fragmenta p. 107.

Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης,
Οἳ πρῶτοι τέχνῃ πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις ἰόεντα σίδηρον,
Ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν, καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Sic scripti hi versus in schol. Florent. inveniuntur, in Parisin. vero multis in verbis corrupti sunt. De hac ferri inventione cf. Clement. Alexandr. Stromat. I. p. 420.

5.

Etymolog. Magn. p. 339.: *Ὁ τὴν Φορωνίδα γράφων φησίν·*

Ἑρμείαν δὲ πατὴρ Ἐριούνιον ὠνόμασ' αὐτόν·
Πάντας γὰρ μάκαράς τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους
Κέρδεσι κλεπτοσύνῃσιν ἐκαίνυτο τεχνήεσσαις.

Pro *γράφων* sine dubio *γράψας* legendum. In primo versu v. *αὐτὸν* fortasse in *αὐτὸς* mutari debet. In tertio versu Barnesii conjecturam jam ab Heynio [ad Iliad. *υ'*, 72.] comprobatam recepi *κλεπτοσύνῃσιν*, *ἐκαίνυτο* pro *κλεπτοσύναις ἐξαίνυτο*.

§. VII.

Venio ad Acrisii, Danaës, Persei et Bellerophontis fata, quae, quantum scimus, nullis singularibus carminibus narrabantur; potuerunt tamen, ut et Cadmi ejusque familiae historia aliis carminibus, ut Thebaïde, Dionysiade, Argonauticis exposita vel certe commemorata esse.

Argonautica.

De Argonautarum rebus compluribus libris agebatur. Nam Herodori Heracleotae sive Pontici Argonautica commemorata invenimus, quae quum pedestri oratione scripta essent [50]) in cyclo locum non

---

[50]) Vid. Weichert. de vita et script. Apollonii Rhodii pag. 166.

habuere. Etiam Epimenidis Argonautica ex eadem qua ejus Gigantomachia causa cyclica non fuere [51]), et omnino nullum carmen epicum mihi notum, quo res Argonautarum ita narrentur, ut inter cyclica locum habere potuerit. Quae quum ita sint, ad hunc defectum supplendum Corinthiaca Eumeli recepta fuisse putavi, a qua opinione, perlecto Weicherti libro de Apollonii vita et scriptis, revocatus sum, quum eo carmine non res Argonautarum sed Corinthi historia versibus describeretur. Nihilominus Argonautica, quum illa expeditio gravior sit, quam quae silentio praeteriri potuerit, in cyclo epico, ut in cyclo Dionysii cyclographi, narrabantur. Quum igitur mihi de hac re cogitanti nullum carmen aptum occurrat, hoc potius dicam, quam ut allatis carminibus, quibus nullus inter cyclica locus esse potuerit, legentem fallam.

§. VIII.

Heracleïs.

Heracleïdas plures veteres scripserunt [52]), quarum ad paucas nunc respiciendum est, ad Cinaethonis Heracleïdem et ad carmen, quod *Οἰχαλίας ἅλωσιν* continuit, quod praecipue eam ob causam ante oculos habere nunc debemus, quod a veteribus nonnunquam Homero vel Creophylo adscribatur, omniaque Homeri carmina, quantum scimus, cyclica fuerunt. Unum hujus generis carmen omnia Herculis facta continuisse vix probabile est. Nam quomodo

---

[51]) Vid. bibliothec. antiqu. litteratur. et artis fasc. 2. pag. 79.

[52]) Non solum Cinaethon, Pisander Camirensis, Panyasis, Nymphis Heracleota sive Ponticus Heracleïdas scripserunt, sed etiam Herodorus Heracleota in ampliore opere historico omnia ejus facta narraverat.

ea facta, quae natura erant diversissima, ita conjungi potuerunt, ut bonum carmen effecerint? Secundum temporis decessum singula facta ordinata fuisse, vix probabile, quum hac ratione diversissima facta essent conjungenda. Sed carmen ita comparatum esse potuit, ut nonnullae valde memorabiles res narrarentur, eaque occasione singula prius perpetrata exponerentur, nonnullaeque ad Herculem res pertinentes ne locum quidem in carmine haberent. Etsi verisimile est, Cinaethonis Heracleam in cyclo fuisse, tamen iis non repugnabo, qui carmen, quod Oechaliae expugnationem continuit, cyclicum fuisse putent. Nam quum haec expugnatio in seriora Herculis tempora incidat, facili negotio aliae res prius gestae ei conjungi potuerunt, ut omnia fere Herculis facta continuerit, idque revera factum ex verbis Pausaniae colligere possumus, quibus Creophyli hoc carmen Ἡρακλεία nominatur [53]). Gerard. Vossius quidem

---

[53]) Pausan. IV, 2, 2.: τὸ Εὐρύτιον-πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία. τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ πεποίηκεν ὁμολογοῦντα. Scio Menagium in not. ad Diogen. Laërt. VIII. s. 2. et post eum Facium ad Pausaniam ipsum legere voluisse ἐν Οἰχαλίᾳ. At quum omnes MSS. ἐν Ἡρακλείᾳ praebeant, quum nomen Heraclea valde notum sit, ut mutatio vix fieri potuerit, mihi carmini duo nomina Ἡράκλεια et Οἰχαλίας ἅλωσις fuisse videntur. Omnino vero aliquid in illis Pausaniae verbis deest, ut jam Palmer. exercit. pag. 386. adnotavit: nam Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖς λέγουσιν, Pausanias inquit, οἱ μὲν, ὡς τὸ Εὐρύτιον-πόλις τὸ ἀρχ. etc. quibus verbis nullum οἱ δὲ respondet, sed adjicit τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ, quae Euboeensium narratio omissa est. Quod Facius suspicatus est, Euboeensium narrationem iis, quae ex Hecataei scriptis Pausanias refert contineri, quum verba τῷ δὲ Εὐβ. λόγ. Κρεωφ. huic ipsi narrationi Hecataei praecedant, verum esse nullo modo potest. Euboeensium igitur narratio sine dubio inter verba καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία et τῷ δὲ Εὐβ. λόγῳ erat allata. Quae quum ita sint, nihil audeo contra Bentleji in epistol. ad Millium pag. 504. conjecturam monere: legendum esse: Κρεώφυλος Ἡρακλέα, ut sen-

Heracleam et *Οἰχαλίας ἅλωσιν* diversa fuisse carmina statuit, quod quum nullis argumentis probetur, in mea loci interpretatione acquiescendum esse puto.

Cinaethonis Heraclea.

Hujus carminis in schol. Apollonii Rhod. I, 1357. tantum, si recte memini, mentio fit, ubi haec leguntur:

Ὅτι δὲ Κιανοὶ ὅμηρα ἔδοσαν Ἡρακλεῖ, καὶ ὤμοσαν μὴ λήξειν ζητοῦντες Ὕλαν, καὶ φροντίδα ἔχουσι Τραχινίων διὰ τὸ ἐκεῖσε κατοικισθῆναι ὑφ' Ἡρακλεῖ τοὺς ὁμηρεύσαντας, Κιναίθων ἱστορεῖ ἐν Ἡρακλείᾳ.

Οἰχαλίας ἅλωσις

Creophylo Samio adscribitur, Clemensque Alexandr. [Stromat. lib. VI. p. 751. ed. Potter.] pro docta sua imprudentia eam a Panyaside in suam Heracleam translatam esse narrat. Fragmenta admodum rara inveniuntur, unumque tantum mihi innotuit, quod apud schol. Euripid. Medeae v. 276. p. 357. ed. Matthiaei legitur:

Δίδυμος δὲ ἐναντιοῦται τούτῳ καὶ παρατίθεται τὰ Κρεωφύλου ἔχοντα οὕτως· τὴν γὰρ Μήδειαν λέγει διατρίβουσαν ἐν Κορίνθῳ τὸν ἄρχοντα τότε τῆς πόλεως Κρέοντα ἀποκτεῖναι φαρμάκοις. δείσασαν δὲ τοὺς φίλους καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ φυγεῖν εἰς Ἀθήνας, τοὺς δὲ υἱοὺς, ἐπεὶ νεώτεροι ὄντες οὐκ ἠδύναντο ἀκολουθεῖν, καθιεῖν ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ἀκραίας Ἥρας, νομίσασαν τὸν πατέρα αὐτῶν φροντιεῖν τῆς σωτηρίας αὐτῶν. τοὺς δὲ Κρέοντος οἰκείους ἀποκτείναντας αὐτοὺς, διαδοῦναι λόγους, ὅτι ἡ Μήδεια οὐ μόνον τὸν Κρέοντα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑαυτῆς παῖδας ἀπέκτεινε.

---

tentia horum verborum sit: „Euboeensium sententiae Creophylus Herculem induxit convenienter loquentem.“ Nam sic quoque verba desunt, quae Hercules apud Creophylum loquutus est.

Igitur jam antiquioribus atque Parmenisci temporibus narrabatur, Medeam liberos suos non interfecisse, nec fabula originem ab hoc cepit, ut nonnulli putant. [Cf. Barnes. ad vit. Euripidis §. 17. Pausan. II, 3, 6. Aelian. Var. Hist. V, 21.] Hanc narrationem eam ob causam ad Oechaliae expugnationem Creophyli refero, quia alius apud veteres scriptores carminis ejus nulla mentio invenitur.

§. IX.

Theseïs.

Jam ad Thesei facta venio, quae in cyclo statim post Herculis res gestas locum habuerunt. Theseïdes tres notae sunt. Prima, quam Plutarchus in vit. Thes. cap. 28. sine auctoris nomine affert, quae fortasse eadem est, atque ea, quam Aristotel. poëtic. cap. 8. laudat. Aliam Diphilus, cujus aetas incognita est, scripsit, non, ut nonnullis placet, jambis, sed, quum epos esset, versibus heroicis [54]). Tertiae au-

---

[54]) Haec Diphili Theseïs videtur gloriae aliquid adepta esse, certe hoc concludamus licet ex schol. Pindari Olymp. XI, 83. ubi haec leguntur: *Σῆμον δέ τινα νῦν νενικηκέναι ἅρματι, ὡς φησι Δίφιλος, ὁ τὴν Θησηΐδα ποιήσας ἔν τινι ἰαμβείῳ οὕτως·*

Τρέψας δὲ πώλους, ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος,
Ὃς πρῶτος ἅρματ' ἤλασεν παρ' Ἀλφείῳ.

certe magis ejus Theseïs celebrata erat, quam carmina jambica (*ἰαμβεῖα*), quum scholiasta, ubi haec ejus carmina laudat, sibi adjiciendum esse putet, eum Diphilum esse, qui Theseïda scripserit. Nonnulli in errorem, ut putarent, Theseïda carmen fuisse jambicum altero scholio sunt inducti, quod sic se habet: *Παρατίθεται δὲ καὶ τὸν γράφοντα* (leg. *γράψαντα*) *τὴν Θησηΐδα μαρτυροῦντα τῷ ἥρωϊ τὴν τοῦ ἅρματος ἡνιοχευτικὴν ἀρετήν. Τρέψας δὲ πώλους* etc. Igitur animadvertendum in Wüllnerum de cyclo p. 55. qui Hermannum ad Aristotelis poët. p. 119. recta videntem corrigere vult. Ad hanc Diphili Theseïda refero narrationem apud schol. Pindar. Olymp. III, 52. *θήλειαν*

ctor Pythostratus sive Nicostratus, frater Xenophontis cujusdam, qui Pythostratus post Epaminondae Pelopidaeque, quorum vitas scripsit, tempora vixit. [Vid. Diogen. Laërt. II, 59. Heynius ad Apollodor. not. p. 894 = 348.]

Harum Theseïdum mihi ea in cyclo epico fuisse videtur, quam sine auctoris nomine laudant, quum Pythostratus serius vixerit, quam ut ejus carmina in cyclo locum habere potuerint; idemque de Diphilo statuendum est. Si igitur a Plutarcho laudata Theseïs eadem est cum ea, quam Aristoteles affert, omnia Thesei facta complectebatur, neque multa arte composita fuit, quum singulae narrationes, Aristotele l. l. referente, ad unum carmen conjunctae essent particulis *ποτέ* et *ἄλλοτε*. Unum tantum hujus carminis fragmentum apud Plutarch. Thes. cap. 28. inveni:

Ἦν γὰρ ὁ τῆς Θησηΐδος ποιητὴς Ἀμαζόνων ἐπανάστασιν γέγραφε, Θησεῖ γαμοῦντι Φαίδραν τῆς Ἀντιόπης ἐπιθεμένης, καὶ τῶν μετ' αὐτῆς Ἀμαζόνων ἀμυνομένων, καὶ κτείνοντος αὐτὰς Ἡρακλέους, περιφανῶς ἔοικε μύθῳ καὶ πλάσματι.

§. X.

De Amazonide.

De Amazonibus quod ageret carmen dixerim in cyclum receptum non fuisse, quarum jam in Theseïde et fortasse etiam Heracleïde mentio facta esset, nisi una praecipue res me, ut hoc statuerem, induceret. Carmen enim Homeri quoddam memoratur Amazonis apud Suid. s. v. *Ὅμηρος*, cujus *ἔπη* fere

---

δὲ εἶπε καὶ χρυσόκερων ἀπὸ Ἰστρίας, ὁ γὰρ Θηαηΐδα γράψας τοιαύτην αὐτὴν λέγει καὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς καὶ Φερεκύδης. De cerva Cerynitide vid. Heynium ad Apollodor. II, 5, 3. pag. 348.

omnia cyclica fuerunt, eamque ob causam etiam hoc ad cyclum referam. Quum ejus nulla inveniantur fragmenta, neque alia apud scriptores mentio, mature interiit.

§. XI.
Dionysiacă

in cyclo fuisse valde probabile, locumque habuisse post res a Theseo gestas. Quum eorum auctor, ut multi poëtae cyclici, notus non sit, non ita multo post Homeri aetatem vixit, certeque hoc in carmine Bacchi res multo simplicius erant narratae, quam a serioribus scriptoribus, magisque Homero quam Nonno consentanea erat narratio. Hujus carminis, quod non multum lectum fuisse verisimile est, quia seriorum de Bacchi rebus narrationes longe ab antiqua et integra historia recedebant, unum tantum fragmentum inveni apud Eustath. ad Homer. p. 700. lin. 59. ed. R. Agit ibi de formis *καρήατι* et *κάρητι* dicitque inveniri *τὸ κάρητι παρὰ τῷ ποιήσαντι τὰ Διονυσιακὰ, οἷον·*

Εὖ εἰδὼς πόνον ἄλλον ἐπὶ στονόεντι κάρητι.

Agit poëta de Baccho a Jove nato, dicitque Jovem memorem fuisse alius laboris dolores afferentis, quem in Minerva nascenda habuit. Sic Eustathius certe versum explicat.

§. XII.
Thebaïs.

Primum a Gigantomachia carmen, quod certe dici potest cyclicum fuisse, Thebaïs est, quae cyclica nominatur, cujus auctor iterum ignotus. Nam Antimachum auctorem non fuisse [55]), duobus praecipue

[55]) Hunc Acron videtur auctorem facere in schol. ad Horat. art. poëtic. 136. ubi „aut nomen proprium," inquit, „est cyclicus, et significat Antimachum poëtam."

argumentis mihi probare posse videor [56]). Primum enim Athenaeus XI. p. 465. cyclicam Thebaïda non adjecto auctoris nomine laudat, aliam vero nunquam non addito Antimachi poëtae nomine. Quodsi cyclica et Antimachi Thebaïs eadem erat, probabile est, Athenaeum multo magis mutato carminis nomine (quum unam simpliciter Thebaïda, alteram cyclicam Thebaïda nominet) nomen auctoris addidisse. Secundum, quod afferre possum argumentum, hoc est. Omnes poëtae, quorum carmina certe dici possunt cyclica fuisse, inde a prima Olympiade usque ad quinquagesimam vixerunt, dum Antimachus Olymp. 82—93. vixit [57]), quare probabile, eum cum illis antiquis poëtis non fuisse conjunctum. Tum si verba Pausaniae IX, 9, 5. [58]) revera ad Thebaïda cyclicam pertinent [59]), hoc carmen a Calaeno [60]) Homero adscriptum est, eamque jam ob causam non ad Antimachum, sed ad antiquiorem referendum est poëtam. Etiam Dionysius cyclographus, nisi audacior mea ex Procli comment. ad Hesiod. verbis [61]) conjectura est, Homero hoc carmen adscripserat,

---

[56]) Vide alia apud Salmas. ad Solin. pag. 852. col. I. D.

[57]) Schellenberg. Antimachi fragmenta p. 8.9.

[58]) Verba Pausaniae haec sunt: *ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαίοις. τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατὰ ταυτὰ ἔγνωσαν. ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ εἰς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα.*

[59]) Hoc verum censens Hemsterhus. pro *Θηβαίοις* legit *Θηβαΐς*.

[60]) Sylburg. Kuhn. Salmas. exercitt. Plin. pag. 852. et Burmann. ad Valesii emendatt. pag. 116. legunt *Καλλῖνος*; Ruhnken. vero ad Callimachi fragm. pag. 439. *Καλλίμαχος*.

[61]) Procl. ad Hesiod. p. 7. lin. 30. ed. Gaisf.: *τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶν ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τῶν Θηβαϊκῶν, καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως.*

quippe qui mihi narrasse videatur, Homerum ut bello Trojano sic etiam Thebano interfuisse, eoque modo utrumque cecinisse bellum. Denique auctor certaminis Homeri et Hesiodi p. 492. ed. Loesneri Homerum dicit Thebaïda, sine dubio cyclicam, fecisse, eamque constitisse e septem libris. Si igitur Pausaniae locus ad cyclicam pertinet Thebaïda, duo praecipue ex eo clara sunt, primum eam ad antiquissimum quendam poëtam referendam esse, fortasse ad ipsum Homerum; tum illam Thebaïda non primum solum bellum Thebanum continuisse, sed etiam, quum Pausanias in antecedentibus de secundo bello loquatur [62]), secundum i. e. Epigonorum bellum. Sed utrum pars hujus carminis, fortasse rhapsodia aliqua, nomen *Ἐπιγόνων* habuerit [63]), an carmen peculiare *Ἐπίγονοι* fuerint, difficile est discretu, certe Herodoto carmen *Ἐπίγονοι* notum [64]), et auctor certaminis Homeri et Hesiodi apud Loesner. p. 492. inter utrumque carmen discrimen facit. Ab antiquioribus igitur videtur Thebaïs cyclica ad Homerum relata esse.

Praeter hanc cyclicam et Antimachi Thebaïda duae mihi innotuerunt, quarum alterius auctor Menelaus, alterius Antagoras Rhodius, aequalis Arati Solensis, amicus Antigoni Gonatae. Qui duo poëtae, quum prioris mentio apud Suidam tantum s. v., posterioris in vita Arati inveniatur, non multum gloriae adepti esse videntur. Puto igitur nullum

---

[62]) Vide infra fragm. 6. ubi etiam res, quae ad bellum Epigonon pertinet.

[63]) Sic pars parvae Iliadis *Ἰλίου πέρσις* nominabatur, de qua re vid. infra.

[64]) Herodot. IV, 32.: *ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπη ἐποίησε.*

eorum locorum, ubi Thebaïs sine auctoris nomine laudatur, ad hos poëtas pertinere. Etiam alii scriptores res Thebanas scripserant, ut Aristodemus *Θηβαϊκά*[65]). Timagorae Thebaïca laudat schol. Euripid. Phoeniss. 152. Fragmenta Thebaïdis haec sunt:

1.

Ἄργος ἄειδε, θεά, πολυδίψιον, ἔνθεν ἄνακτες.

Hunc versum servat auctor certaminis Homeri et Hesiodi, qui id initium Thebaïdis cyclicae fuisse dicit, quam Homerus post certamen cum Hesiodo initum cecinerit. Vid. Hesiodi quae exstant ed. Loesner. p. 492.

2.

Αὐτὰρ ὃ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης
Πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
Ἀργυρέην, Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
Χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
Αὐτὰρ ὅγ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
Τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ,
Αἶψα δὲ παισὶ ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς
Ἀργαλέας ἠρᾶτο, θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐριννῦν,
Ὡς οὐχ οἱ πατρῷα ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο,
Ἀμφοτέροισιν ἀεὶ εἶεν πόλεμοί τε μάχαι τε.

Hos versus servat Athen. [XI. pag. 465. ubi *Ὁ δὲ Οἰδίπους*, inquit, *δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκὼς φησιν, ὅτι αὐτῷ παρέθηκεν ἔκπωμα, ὃ ἀπηγορεύκει, λέγων οὕτως· Αὐτὰρ ὃ* etc.] De diris Oedipi vid. praecipue Valcken. ad Euripid. Phoen. 67. Heynius ad

---

[65]) Photii lexic. pag. 428. ed. Hermann. s. v. *Τευμησία*. Ejusdem Aristodemi liber primus Thebanorum epigrammatum laudatur a schol. Apollon. Rhod. Argon. II, 904. *ἐν πρώτῳ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων.*

Apollodor. biblioth. III, 5, 9. Tom. II. p. 604. Schellenberg. ad fragment. Antimachi Colophonii pag. 79. Hoc fragmentum, quod ab Athenaeo claris verbis ad Thebaïda cyclicam refertur, a Valckenaërio ad Antimachi Thebaïda, haud dubie aliquo errore, qui, unde natus sit, dici non potest, relatum est [66]). Quod ad varietatem scripturae attinet, in versu quinto codex unus praebet: *ὡς ἐφράδη*. Apud epicos quidem veteres in vv. *Ἀφροδίτη* et *φράζειν* correptio Attica concessa est [67]), sed forma *ἐφράδη* apud eos inaudita, eamque ob causam Schweighaeuserus recte ex suo codice recepit *φράσθη*. Versu septimo Schweighaeuseri cod. praebet *ἐπ' ἀρὰς*, ut sit *ἐπηρῶτο ἀράς*. Eadem varietas in Iliad. *ι'*, 456. invenitur, ubi vulgaris textus *ἐπαρὰς*, MS. Venet. *ἐπ' ἀράς* [68]). Mihi utroque loco magis *ἐπαρὰς* arridet. Vers. 9. 10. sic prius editi erant:

ὡς οὔ οἱ πατρῴαν εἴη φιλότητι δάσαιντο,
ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ πόλεμοί τε μάχαι τε.

Lectio *οὔ οἱ* satis proba, *οὐ* enim non correptum ob digamma vocis *οἱ*. Schweighaeus. scripsit *οὐχὶ τὰ πατρῷα*, quod ad *πατρῷα* (patria bona) articulus ne-

---

[66]) Valckenaer. ad Euripid. Phoeniss. pag. 194.: „Servavit antiquioris Thebaïdis cyclicae fragmentum," inquit, „schol. Sophocl. in h. locum (Oed. Colon. 1371.), in quo vovet Oedipus, *χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω*. Seneca Phoen. v. 354.: non satis est adhuc civile bellum: frater in fratrem ruat. Diras Oedipodis ex Antimachi Thebaïde dabit Athen. XI. pag. 466. A. *Λίψα — μάχαι*."

[67]) Vid. Spitznerus de versu heroïco p. 95. 96.

[68]) Jam veteres scholiastae dubitarunt, quid in illo versu recipiendum esset, ut ex scholiis intelligimus. Etiam Iliad. *ί*, 147. Apollodorus scripserat *ἐπὶ μείλια δώσω*, Aristarchus *ἐπιμείλια*, ut *ἐπιφέρνια*. Iliad. *λ'*, 634. *δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν*, ubi alii apud Eustath. *ὑποπυθμένες*. Vide Wolf. praef. p. 20. Eustath. ad Iliad. *ι'*, 147.

cessarius esset, qua in re, quum hic versum antiquissimi epici habeamus, cum eo consentire non possum. Postremum versum sic Valcken. l. l. supplevit: *ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ εἶεν πόλεμοί τε μάχαι τε.* Jacobsius: *εἶεν δ' ἀμφοτέροισι ἀεὶ πόλεμοί* etc.

Utraque conjectura bona, sed probabilior Valckenaërii, quum *εἶεν* ex decimo versu in noni eadem sede posìtum esse videatur. *Γ'* quod Casaubon. et Valcken. l. l. inter vv. *πατρῷα* et *ἑνὶ* posuerunt necessarium non est [69]). Hos omnes versus etiam Hermannus ad Sophocl. Oed. Colon. v. 1377. emendavit, q. v.

3.

Ἰσχίον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν εἶπε δὲ μῦθον·
Ὤι μοι ἐγὼ, παῖδες μὲν ὀνειδείοντες ἔπεμψαν.
Εὔχετο Διῒ βασιλεῖ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν,
Χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω.

Hi versus apud schol. ad Sophocl. Oed. Colon. 1370. leguntur, qui *ἐκ μικρᾶς Θηβαΐδος* eos sumtos esse dicit. Haud scio, num ad cyclicam Thebaïdem referendi sint, cui, si a rebus ab Oedipo gestis inceperit et ad expugnationem Thebarum ab Epigonis producta sit resque post Thebas captas comprehenderit, haud recte *μικρᾷ Θηβαΐδι* nomen impositum est. Nihilominus a Valckenaërio et aliis hoc fragmentum ad cyclicam Thebaïda relatum est, et fortasse alia atque rerum gestarum ambitus hujus nominis causa fuit [70]). Fragmentum scholio ipso explicatur: *οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους*

---

[69]) Vid. Cypriorum carm. fragm. 2. v. 5. et Ilii persidos fragm. 1.

[70]) Sic etiam carmen *μικρὰ Ἰλιάς*, quod res ab Achillis interitu usque ad captam Trojam comprehendit, nomen non ab eo, quod argumentum non late patuerit, accepit.

ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον, ἐκλανθανόμενοί ποτε εἴτε κατὰ ῥᾳστώνην, εἴτε ἐξ ὀτουοῦν, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν. ὁ δὲ μικροψύχως καὶ τελέως ἀγεννῶς ὅμως γοῦν ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν, δόξας κατολιγωρεῖσθαι. ταῦτα ὁ τὴν μικρὰν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως. Ἰσχίον etc. Versu tertio facili negotio cum Brunckio corrigere possumus hiatum καὶ ἄλλοις legentes βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις, sed quae tertio pedi inest vis manum correctricem retinet. Vide Hermann. ad Orpheum p. 700. de productionibus ob caesuram, et p. 728. ubi plura hujus hiatus exempla [71]). Horum versuum etiam parodia nota erat, referente schol. Sophoclis, quam ob causam carmen valde notum fuisse, neque hoc fragmentum pertinere ad Menelai vel Antagorae Thebaïdes videtur.

4.

Εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρίονι κυανοχαίτῃ.

Hunc versum, qui apud Pausaniam VIII, 25, 5. legitur, nonnulli Pausaniae interpretes, ut Facius, ex Antimachi Thebaïde sumtum esse putant; sed qui illud caput inspexerit, intelliget, eum ad cyclicam pertinere, ex alia certe, quam Antimachi Thebaïde sumtum esse, cui haec Thebaïs opponatur. Etiam Wolfius in editione Odysseae T. II. pag. 430. eum inter fragmenta cyclicae Thebaïdos retulit. Rem ipsam secundum Cyclicos etiam schol. Villoison. A. et

---

[71]) Sic in thesi tertii pedis haud raro πρὶν producitur Iliad. ζ', 81. ι', 405. ν', 172. π', 322. 840. χ', 156. Od. ζ', 668. et eodem modo hiatus saepe hac eadem versus sede invenitur: Od. σ', 315. ἤμεναι ἐν μεγάρῳ ἢ εἴρια etc. Od. τ', 174. ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες. Od. τ', 192. ἢ ἐνδεκάτη. Hesiod. Theog. 148. μεγάλοι καὶ ὄβριμοι. et 250. καὶ Πανόπη, καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια. Cf. Od. α', 162. β', 317. δ', 283. κ', 574. λ, 415. 459. ξ', 380.

B. ad Iliad. ψ', 346. narrat: *Ποσειδῶν ἐρασθεὶς Ἐριννυὸς, καὶ μεταβαλὼν τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς ἵππον, ἐμίγη κατὰ Βοιωτίαν παρὰ τῇ Τιλφούσῃ κρήνῃ· ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἵππον ἐγέννησεν, ὃς διὰ τὸ κρατιστεύειν Ἀρείων ἐκλήθη. Κοπρεὺς δὲ Ἁλιάρτου βασιλεύων, πόλεως Βοιωτίας, ἔλαβε δῶρον αὐτὸν παρὰ Ποσειδῶνος. οὗτος δὲ αὐτὸν Ἡρακλεῖ ἐχαρίσατο γενομένῳ πρὸς αὐτόν· τούτῳ δὲ διαγωνισάμενος Ἡρακλῆς πρὸς Κύκνον, τὸν Ἄρεως υἱὸν, καθ' ἱπποδρομίαν ἐνίκησεν ἐν τῷ τοῦ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ, ὅ ἐστι πρὸς Τροιζῆνι. εἶθ' ὕστερον οὗτος ὁ Ἡρακλῆς Ἀδράστῳ τὸν πῶλον παρέσχεν, ὑφ' οὗ μόνος ὁ Ἄδραστος ἐκ τοῦ Θηβαϊκοῦ πολέμου διεσώθη τῶν ἄλλων ἀπολομένων. Ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς κυκλικοῖς.* Vide de Arionis origine Pausan. VIII, 25, 3 sqq. Apollod. III, 6, 8.

5.

Pindar. Olymp. VI, 20 sqq. narrat Adrastum, Amphiarao ejusque equis terra haustis, dixisse apud Thebanos hoc verbum: *ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρναισθαι.* Ubi schol. Vrat. A. adnotat: *Ὁ Ἀσκληπιάδης φησὶ ταῦτα εἰληφέναι ἐκ τῆς κυκλικῆς Θηβαΐδος.*

Secundum Boeckhii ad hunc Pindari locum conjecturam eadem in Thebaïde Adrastus fingebatur eloquentia, qua Nestor apud Homerum.

6.

Apollodor. I, 8, 4.: *Ἀλθαίας δὲ ἀποθανούσης ἔγημεν Οἰνεὺς Περίβοιαν τὴν Ἱππονόου. ταύτην δὲ ὁ μὲν γράψας τὴν Θηβαΐδα πολεμηθείσης Ὀλένου λέγει λαβεῖν Οἰνέα γέρας.*

Haec Oleni expugnatio eo bello videtur facta esse, quod inter Thespiades, Oenea Meleagrumque de capite Calydonei apri incidit, cujus non solum

apud Strabonem lib. X, 3. pag. 354. ed. Tauchn. sed etiam apud Homerum ipsum in Iliad. ι', 525 — 600. mentio fit. Periboeae et Oenei filius Tydeus.

7.

Pausan. IX, 18, 4.: *πρὸς δὲ τῇ (Οἰδιποδίᾳ) πηγῇ τάφος ἐστὶν Ἀσφοδίκου· καὶ ὁ Ἀσφόδικος οὗτος ἀπέκτεινεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Ἀργείους Παρθενοπαῖον τὸν Ταλάου, καθὰ οἱ Θηβαῖοι λέγουσιν. ἐπεὶ τά γε ἐν Θηβαΐδι ἔπη τὰ ἐς τὴν Παρθενοπαίου τελευτὴν Περικλύμενον τὸν ἀνελόντα φασὶν εἶναι.*

Hanc narrationem Heynius ad Apollodor. pag. 629. ex Antimachi Thebaïde excerptam putat, quod mihi non rectum esse videtur; nam quum Antimachus auctor Thebaïdis valde notus esset, certe nomen auctoris addidisset, ut ejus et cyclicam Thebaïdem discerneret. Hanc Thebaïdis narrationem Apollodorus sequi videtur lib. I, 9, 13. a quo Parthenopaeus Talai et Lysimaches filius nominatur [72]).

8.

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀρχώμεθα Μοῦσαι.

Hic versus aut, quod Wolfius fecit, post v. *ὁπλοτέρων* adposita voc. *ἀνδρῶν*, aut in fine addito v. *ἀείδειν* restituendus est. Quum probabile sit, etiam Epigonorum res in Thebaïde fuisse expositas, non dubito hunc versum ad cyclicam Thebaïdem referre, quem auctor certaminis Homeri et Hesiodi pag. 492. ed. Loesner. carminis de Epigonorum bello initium fuisse dicit.

---

[72]) Parthenopaeus Milanionis filius (Pausan. III, 12, 7. Apollodor. III, 6, 3.) stabat ad portas Electras, et ab Amphidico, vel a Periclymeno, filio Neptuni, interficitur (vid. Apollodor III, 6, 8. cf. Euripid. Phoen. 1157.). Parthenopaei mentio etiam in Aeschyli sept c. Theb. cf. Euripid. Supplic. 890.

9.

Schol. e cod. Paris. ad Apollon. Rh. I, 308.: *Οἱ δὲ τὴν Θηβαΐδα συγγράψαντές φασιν, ὅτι ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἀκροθίνιον ἀνετέθη Μαντώ, ἡ Τειρεσίου θυγάτηρ, εἰς Δελφοὺς πεμφθεῖσα. Κατὰ δὲ χρησμὸν Ἀπόλλωνος ἐξελθοῦσα περιέτυχε Ῥακίῳ, υἱῷ Λίβητος, Μυκηναίῳ τὸ γένος· καὶ τούτῳ γαμεθεῖσα, τοῦτο ἀνεῖλε τὸ λόγιον γαμεῖσθαι ᾧ ἂν συναντήῃ. συναπῆλθεν ἐκείνῳ εἰς Κολοφῶνα. Κἀκεῖ δὲ δυσθυμήσασα ἐδάκρυσε τὴν πόρθησιν τῆς πατρίδος, καὶ ἀπὸ τῶν δακρύων ὠνομάσθη Κλάρος κατὰ μεταβολὴν τοῦ ρ̄ εἰς τὸ λ̄, ὡς καὶ ἐν τῷ ὑδρηρὸς, ὑδρηλός. Καὶ πηγὴν δὲ ἐν τῷ τύπῳ ἐκ τῶν δακρύων τῆς Μαντοῦς ἀναβλύσαι φασίν. Καὶ μαντεῖον ἐκεῖ Ἀπόλλωνος καταστῆσαι. Ῥάκιος δὲ ἐκαλεῖτο ὁ ἀνὴρ διὰ πενιχρότητα καὶ κακοειμονίαν.*

Totum locum adscripsi nesciens, utrum haec omnia ad Thebaïdem referenda sint. A narratione multum ceteri scriptores recedunt. Apud Apollodor. III, 7, 4. Manto cum parte praedae Delphos mittitur; apud Pausan. VII, 3, 1. IX, 33, 1. Manto Delphos et inde in Asiam missa Rhacio nupsisse dicitur, nonnulla tamen aliter atque h. l. narrantur.

Verba *οἱ τὴν Θηβαΐδα συγγράψαντες* putavi ad varios auctores, quibus una cyclica Thebaïs adscriberetur esse referenda, neque locum sic esse interpretandum, ut de variis Thebaïdum auctoribus ageretur [73]). Nunc intelligo melius haec verba ad varios Thebaïdum auctores referri, etsi singularis *Θηβαΐδα* positus sit, quum eodem modo etiam aliorum librorum auctores laudentur. Sic Strabo lib. V. c. 2. pag. 358. ed. Tauchnitz. dicit: *οἱ τὴν Ἀτθίδα συγ-*

[73]) Salmas. ad Solin. pag. 852. col. I. D. Schellenberg. ad Antimachi Col. fragm. pag. 23.

γράψαντες ἱστοροῦσι, ubi eodem modo ad varios Atthidum auctores respicitur [74]).

10.

Photii lexic. p. 428.: *Τευμησία· περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφηκότες ἱκανῶς ἱστορήκασι, καθάπερ Ἀριστόδημος. ἐπιπεμφθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ θεῶν τὸ θηρίον τοῦτο τοῖς Καδμείοις, διὸ τῆς βασιλείας ἐξέκλειον τοὺς ἀπὸ Κάδμου γεγονότας. Κέφαλον δέ φασι τὸν Δηΐονος Ἀθηναῖον ὄντα καὶ κύνα κεκτημένον, ὃν οὐδὲν διέφευγεν τῶν θηρίων. ὡς ἀπέκτεινεν ἄκων τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Πρόκριν καθηράντων αὐτὸν τῶν Καδμείων διώκειν τὴν ἀλώπεκα μετὰ τοῦ κυνός. καταλαμβανομένους δὲ περὶ τὸν Τευμισσὸν λίθους γενέσθαι τόν τε κύνα καὶ τὴν ἀλώπεκα. εἰλήφασι δὲ οὗτοι τὸν μῦθον ἐκ τοῦ ἐνικοῦ κύκλου.* Sic omnes codd. apud Hermannum, at legendum *ἐπικοῦ κύκλου.*

Haec vulpes a Dionysio vel Themide irascente Thebanis missa est; canem Diana Procridi dederat, vel Apollodoro [75]) referente, a Minoë, Cretae rege, acceptum Procris in Graeciam egerat. Narratio ex Thebaïde hausta esse videtur.

§. XIII.

Alcmaeonis.

Jamjam supra (Part. II. §. II.) probabile esse dixi Alcmaeonida, cujus auctor incognitus est, fuisse receptam, quae, quum Alcmaeonis, ducis Epigonum,

---

[74]) Tales sunt Hellanicus, Androtion (uterque apud Photium in Lexic.), Hegesinous (Pausan. IX, 29, 1.), cujus *Ἀτθὶς* versibus erat scripta etc.

[75]) II, 4, 6. 7. ubi vid. Heynium, et cf. Pausan. IX, 19, 1. Ovid. Metam. IX, 759.

historiam contineret [76]), locum post Thebaïdem habuisse videtur. Multa in eo carmine ad Aetoliam spectabant et ad Tantali progeniem. Secundum nonnullos [77]) hoc opus non poëma erat, sed soluta oratione scriptum, quod alii [78]) refutarunt. Fragmenta hujus carminis haec sunt:

1.

Νέκυς δὲ χαμαιστρώτους ἐπὶ θινὸς
Εὐρείης στιβάδος προέθηκ᾽· αὐτοῖσι θαλεῖαν
Δαῖτα, ποτήριά τε· στεφάνους τ᾽ ἐπὶ κρασὶν ἔθηκεν.

Sic ex Fiorilli (observatt. in Athen. p. 1.) emendatione versus legendi sunt, quum prius in editionibus Athenaei inveniretur *ἐπί τινος, προέθηκεν, θαλλίαν, δὲ τὰ* pro *δαῖτα* et similia. Versibus ipsis ad mortuorum adpositionem respicitur [79]).

2.

Schol. Gu. ad Euripid. Orest. vs. 988. p. 452. ed. Matthiae: *Ἀκολουθεῖν δοκεῖ τῷ τὴν Ἀλκμαιωνίδα πεποιηκότι εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησί. Φερεκύδης δὲ οὐ καθ᾽ Ἑρμοῦ μῆνίν φησι τὴν ἄρνα ὑποβληθῆναι· ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας τὸν ποιμένα προσαγαγόντα τὸ ποίμνιον τῷ Ἀτρεῖ ἀνταποκαλεῖ.*

Historia, ad quam h. l. respicitur, haec est. Atreus et Thyestes de regno Mycenes et Argi certaverunt, neque hoc certamen ullo modo finire po-

---

[76]) Vide de eo Apollodor. III, 7, 5. quae Heynius ad Apollodor. l. l. ex ipsa Alcmaeonide hausta esse suspicatur.

[77]) Casaubon. ad Athen. lib. X. p. 4. 60. b.

[78]) Heynius ad Apollodor. l. l. Fiorillo ad Herodem Atticum p. 90.

[79]) De hoc more vid. Causaubon. ad Athen. X. p. 460, C. Reiff. ad Artemidor. oneirocrit. I, c. 13. Tom. II. p. 232.

tuerunt. Mercurius igitur ad poenam filii sui a Pelope interfecti ab ejus filiis sumendam in gregem Atrei arietem mittit, qui aureum vellus habebat, qua re Atreus probare volebat, se regem esse debere. Thyestes, stuprata Aërope, Atrei conjuge, ea auxiliante arietem rapit, Atreusque regno a Graecis ejicitur. Inde ortum est sanguinolentum illud inter Atreum et Thyestem certamen valde tragicorum studiis celebratum [80]). Scholion in fine corruptum esse, et in *ἀνταπο* nomen proprium latere videtur. Fortasse legendum *Ἄντοπα καλεῖ*; certe non intelligo, quid hic sibi *ἀνταποκαλεῖν* velit. Etiam Bentlejus verbum *ἀνταποκαλεῖν* improbavit, et legere vult *Ἀνταῖον, Ἄντανδρον* vel *Ἄντιφον καλεῖ* [81]).

3.

Apollodor. I, 8, 5.: *Τυδεὺς δὲ ἀνὴρ γενόμενος γενναῖος ἐφυγαδεύθη κτείνας. ὡς δὲ ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γεγραφὼς, τοὺς Μέλανος παῖδας ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, Φηνέα, Εὐρύαλον, Ὑπέρλαον, Ἀντιόχην, Εὐμήδην, Στέρνοπα, Ξάνθιππον, Σθένελον.*

Haec a variis scriptoribus vario modo narrantur. Eustathius enim ad Iliad. ξ', 114. a Tydeo patrueles Lycopem et Alcathoum et patruum Melanem interfectos esse dicit, quia Oeneo insidias fecissent [82]). Scriptura *Ἀλκμαιονὶς*, quae in omnibus Apollodori MSS. invenitur, librariorum error est, qui, quum

---

[80]) Vide hanc narrationem apud schol. ad Euripid. Orest. vs. 989. et cf. Tzetz. Chiliad. 18. Eudocia Violar. p. 77.

[81]) Epistola ad Millium pag. 469. ed. Lips.

[82]) Qua in re cum eo schol. ad Aesch. sept. contr. Th. 557. consentit. Schol. Villois. aliter rem ex Pherecydis libris narrat, quae scholia emendata vide in Sturzii editione fragmentorum Pherecydis p. 156. 157. et cf. Wesseling. ad Diodor. IV, 65. Munker. ad Hygin. Fab. 69.

saepius inveniatur, a viris doctis defenditur. Recte Bentlej. [83]) emendabat, quum omnes casus obliqui nominis *Ἀλκμαίων* ῶ retineant [84]).

4.

Strab. lib. X, c. 2, p. 332. ed. Tauchn.: *Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας, Ἰκαρίου, τοῦ Πηνελόπης πατρὸς, υἱεῖς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον, δυναστεῦσαι δ' ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός· τούτων οὖν ἐπωνύμους τὰς πόλεις Ἔφορος λέγεσθαι δοκεῖ.*

Scholiast. Palatin. ad Od. δ', 797, qui omnes affert Penelopes fratres, hos duos non habet [85]); num alibi Alyzei et Leucadii mentio fiat, nescio. De urbibus Alyzia et Leucade vid. Strabo. X, 2. pag. 329. ed. Tauchn.

Haec omnia Alcmaeonidis fragmenta sunt.

§. XIV.

Cypria carmina.

Hoc carmen variis a veteribus scriptoribus nominibus laudatur; nominatur enim *τὰ Κυπριακὰ* [86]), *τὰ Κυπριακὰ ποιήματα* [87]), saepissime *τὰ Κύπρια*,

---

[83]) Epistol. ad Millium p. 468.

[84]) Heynius, qui ad Apollodor. pag. 315. formas *Ἠλεκτρύωνος* et — *τρύονος* defendit, ex Wesselingii nota ad Diodor. Sic. IV, 9. et 58. etiam *Ἀλκμαιονὶς* retinet, quem quod ad formas *Ἠλεκτρύωνος*, — *τρύονος*, *Ἀμφιτρύωνος* et — *ὑονος* etiam Heinrichius ad Hesiod. scut. vers. 6. secutus est.

[85]) *Ἰκαρίου*, inquit, *καὶ Ἀστεροδίας — γίνονται παῖδες Ἀμάσιχος, Φαληρεὺς, Θόων, Περιμηλίας, Περίλαος, θυγατέρες δὲ Πηνελόπη καὶ Μήδη* (leg. *Μέδη* secundum versum Asii apud Barnes. ad h. l.) *ἥ Τυρὸ, ἥ Λαοδάμεια.*

[86]) Aristotel. poëtic. cap. 23. Tzetzes ad Lycophron. 570.

[87]) Clement. Alexandr. cohort. ad gentes sect. 19. p. 26. ed. Potter.

sive *Κύπρια ποιήματα, ἔπη, συγγράμματα* [88]); secundum Proclum in Photii bibliothec. cod. 239. etiam *Κυπρία*, non solum *Κύπρια*. Quam ob causam hoc modo accentus sit ponendus, quum semper pluralis (qui, sive a v. *Κύπρις*, sive a *Κύπρος* derivandum est adjectivum *Κύπριος*, proparoxytonos est scribendus) apud scriptores inveniatur, non intelligo. Nonnulli [89]) censent, hoc carmen etiam *Κυπρίαν Ἰλιάδα* [90]) nominatum esse, quod nomen nullo loco invenitur. Nam ex eo, quod Naevius suam hujus carminis versionem Iliadem Cypriam nominaverat, non sequitur, ipsum carmen hoc nomen apud Graecos inditum habuisse [91]). Proclus apud Photium in Chrestom. l. l. servat hujus nominis *Κύπρια* a veteribus allatam causam [92]), quam etsi non probat, tamen etiam a

---

88) Utramque adjectivi gentilis formam et *Κυπριακὸς* et *Κύπριος* Stephan. Byz. s. v. *Κύπρος* agnoscit: *τὸ ἐθνικὸν Κύπριος — καὶ Κυπριακός* etc.

89) Salmas. ad Solin. exercit. Plin. pag. 852.

90) Nonnulla poëmata laudantur, quae nomen Iliadis habuerunt. Sic apud Athen. IX. pag. 393. Aegyptia Ilias, cujus Hipparchus auctor, ejusque carminis duo versus ibi inveniuntur:

Οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσιν,
Χέννια τίλλοντες καλκατιάδει σαλέονται.

91) Hujus versionis nonnulla inveniuntur fragmenta; apud Charisium I. pag. 118. laudatur liber primus Naevii Cypriae Iliadis, ex eoque hic versus:

Collum marmoreum torques gemmata coronat.

et apud Priscian. X. pag. 881. Naevius in Iliadis secundo:

Foecundo penetrat penitus thalamoque potitur.

Secundum Hermannum in Element. doctrinae metricae p. 333. non Naevii sed Laevii est haec Cypria Ilias, quod jam viderit Vossius de analog. III, 35.

92) Photius cod. 239.: *Λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων, καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον, οἱ δὲ εἰς Ἡγησίαν τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν, οἱ δὲ Ὅμηρον. δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κύπρια τὸν πόνον ἐπικληθῆναι. ἀλλ' οὐ τίθεται ὁ συγγραφεὺς*

Suida s. v. *Ὅμηρος* affertur. Dicunt enim haec carmina ab insula Cypro, patria Stasini, qui verus eorum auctor fuit, vel certe auctor nominatur, nomen habere. Alii contra, non contenti hac explicatione, nomen derivandum esse putant a *Κυπρίδι*[93]), sive quod in hoc poëmate bellum Trojanum a gemino ovo et Ledae partu descriptum esset, quod Venere praecipue auxiliante et Leda a Jove compressa, et Helena nata, eademque a Paride rapta sit, quae belli Trojani causa fuerit; sive quod hoc poëmate actio, quae ad Venerem praecipue attineret, describeretur, Paridis judicium de tribus Deabus in monte Ida habitum. Quarum causarum nullam probo, quum Veneris mentio perraro in hoc carmine a Proclo in compendium redacto occurrat, in Dearum certamine, raptu Helenae, Achillis conventu Helenaeque, a quibus paucis Veneris rebus gestis totum carmen nomen habere vix potuerit. Ponamus eam in nonnullis aliis integri carminis locis a poëta esse introductam, tamen non tot loca erant, unde carmini nomen inditum esse posset. Puto igitur, etsi Proclus repugnat, quo modo Naupacticis nomen inditum est a Naupacto, patria Carcini auctoris[94]), eodem modo

---

τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ. Haec ex parte etiam apud Aelian. Var. Histor. IX, 15.: *Λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη Κύπρια, καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος.* Et Tzetz. Chiliad. 13. vers. 637:

Σερίφων καὶ Θεόλαος υἱοὶ δὲ τοῦ Ὁμήρου
Θυγάτηρ Ἀρσιφόνη δέ, ἣν ἔγημε Στασῖνος,
Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,
Ἅπερ οἱ πλείους λέγουσιν Ὁμήρου πεφυκέναι,
Ἐς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.

93) Vid. Ryck. de primis Italiae incolis pag. 448. et Salmas. exercitatt. Plin. p. 853.

94) Pausan. X, 38, 6.: *τὰ δὲ ἔπη τὰ Ναυπάκτια ὀνομαζόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων ἀνδρὶ ἐποιοῦσιν οἱ πολλοὶ Μιλησίῳ. Χάρων δὲ ὁ*

his carminibus nomen impositum Cypriis a Cypro esse, patria Stasini. Aliam hujus nominis causam Dacier. ad Aristotelis poëtic. excogitavit, quae nunc, ubi totius carminis argumentum est notum, vix digna est, quae refellatur; dicit enim, eo carmine contineri quosvis extraordinarios amoris casus, unde Cypriaca, quasi casus Cypriaci carmen nominatum sit. Sed persuasum mihi habeo, si tempore Alexandrinorum tale carmen, ut Antimachi *Λύδη* [95]), infelices amatorum casus complectens, sub Homeri nomine circumlatum fuisset, id sine ulla cunctatione Alexandrinos alii adscripsisse poëtae; quum blandi questus, infelicium amatorum casus, omnesque omnino Wertheriades lacrimas elicientes multum ab antiquorum temporum, praecipue epici carminis natura remoti sint.

Superest, ut de horum carminum auctore agam. A nonnullis scriptoribus Homero [96]), ab aliis Stasino, Homeri aequali, adscribuntur [97]). Tertius, qui

---

Πύθεώ φησιν αὐτὰ ποιῆσαι Ναυπάκτιον Καρκῖνον. ἐπόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ Λαμψακηνοῦ δόξῃ. τίνα γὰρ καὶ λόγον ἔχοι ἂν ἔπεσιν ἀνδρὸς Μιλησίου πεποιημένοις εἰς γυναῖκας τεθῆναί σφισιν ὄνομα Ναυπάκτια;

[95]) Vid. Plutarch. consolat. ad Apoll. pag. 106. B.

[96]) Aelian. l. l. Proclus apud Photium et Tzetz. Chiliad. l. l.

[97]) Photius l. l. Tzetz. Chiliad. et ad Lycophron. v. 511. Etiam Athenaeus VIII. p. 334. c. nominat dubitanter Stasinum auctorem, quem Cyprium habere non videtur, quum ejus haec verba sint: *καὶ ὅτι ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη (εἴτε Κύπριός τίς ἐστιν, ἢ Στασῖνος, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος).* Fortasse tamen h. l. *Κύπριος* nomen proprium est. Idem Athenaeus alio loco XV. p. 682. e. Cypriorum carminum mentionem facit: *ὁ μὲν τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ Κύπρια, Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα.* Corruptus est locus, nam quid, quum nulla argumenta sequantur, sibi vult v. *γάρ*? Schweighaeus. eam ob causam post *Στασῖνος* —

horum carminum auctor nominatur, Hegesias est Salaminius [98]), cujus aetas mihi incognita. Nam non Hegesiam rhapsodum fuisse, qui Alexandriae Herodoti historias decantabat (vid. Athen. XIV. p. 620. d.) id probat, quod Herodoto Cypria carmina vetustiora sunt. Videntur igitur a plurimis haec carmina Stasino adscribi.

Duo adhuc loca consideranda sunt apud Valcken. dissertation. de scholiis in Homerum ineditis p. 110. ubi: „*Scholio edito*, inquit, *ad Iliad. π', vs.* 140. *praefiguntur literae σō + ἱστορία. Προκατεσκεύακε etc. — in fine MS. praefert — — ἠρίστησε, κ μ τ. λ. ἡ ἱστορία παρὰ τῶν τὰ Κύπρια πεποιηκότων.*“ Et apud Heynium in supplendis ad Iliad. XVI. vs. 57: „*πόλιν εὐτείχεα· τὴν Πήδασον οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί* (*ergo plures auctores carminis?*)“. Quae scholiorum verba certo non sic intelligenda sunt, ac si scholiastae putassent, plures fecisse carmina Cypria. Quum viderent ea nunc Homero, nunc Stasino, nunc Hegesiae adscribi, plurali usi sunt, quum eum significare vellent, quicunque poëta Cypriorum carminum est. Concedo quidem, hanc explicationem aliquid habere, quod mihi non placet, sed certe melior, quam Heynii interpretatio, secundum quam plures auctores. Ea, quam supra ad Thebaïdis fragm. 9. proposui explicationem, h. l. valere non potest.

Horum carminum, quae undecim libris constabant, fragmenta haec sunt:

ἤ τις ἄλλος aut simile quid interponere vult, aut *γὰρ* in *δὲ* mutare. Conjecturae variorum de voce *Κύπρια* nihil ad rem faciunt.

[98]) Photius biblioth. cod. 239. Athen. XV. p. 682.

1.

Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμεν᾽ ἀ(νδρῶν)
(Οἱ μὲν ἐφυβρίζοντο) βαρυστέρνου πλάτος αἴης.
Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι
Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν,
Ῥιπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο,
Ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος· οἱ δ᾽ ἐνὶ Τροίῃ
Ἥρωες κτείνοντο· Διὸς δ᾽ ἐτελείετο βουλή.

Hoc fragmentum, quod, quum causam belli Trojani contineat, haud longe ab ipso carminis initio remotum fuisse videtur, valde corruptum in schol. Villois. ad Iliad. *α'*, 5. pag. 4. legitur [99]). A Wassenbergio quidem schol. in Homer. pag. 184. correctum est, quem librum quum inspicere non possim, ipse ejus emendandi periculum feci. Primi versus apud schol. finis est vox *πλαζόμενα*. Wolfius [1]) emendavit: *πλαζόμεν᾽ ἀνδρῶν*. Versus secundi prior pars deest, in scholio haec tantum leguntur: *βαρυστέρνου πλάτος αἴης*. Verba *οἱ μὲν ἐφυβρίζοντο* ex conjectura dedi [2]). Pro *βαρυστέρνου* Wolfius dedit *βαθυστέρ-*

---

99) *Ἄλλοι δ᾽ ἀπὸ ἱστορίας τινός*, ille schol. inquit, *εἶπον εἰρηκέναι τὸν Ὅμηρον. Φασὶ γὰρ, τὴν γῆν βαρυνομένην ὑπ᾽ ἀνθρώπων πολυπληθείας, μηδεμιᾶς ἀνθρώπων οὔσης εὐσεβείας, αἰτῆσαι τὸν Δία κουφισθῆναι τοῦ ἄχθους. τὸν δὲ Δία πρῶτον μὲν εὐθὺς ποιῆσαι Θηβαϊκὸν πόλεμον, δι᾽ οὗ πολλοὺς πάνυ ἀπώλεσεν. ὕστερον δὲ πάλιν συμβούλῳ τῷ Μώμῳ χρησάμενος (ἦν Διὸς βουλὴν Ὅμηρός φησι) ἐπειδὴ οἷός τε ἦν κεραυνοῖς ἢ κατακλυσμοῖς πάντα διαφθείρειν, ὅπερ τοῦ Μώμου κωλύσαντος, ὑποθεμένου δὲ αὐτῷ τὴν Θετίδος θνητογαμίαν καὶ θυγατέρα καλὴν γεννᾶν, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων πόλεμος Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἐγένετο, ἀφ᾽ οὗ συνέβη κουφισθῆναι τὴν γῆν, πολλῶν ἀναιρεθέντων. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Στασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι, εἰπόντι οὕτως* etc.

1) In fragmentis cum Odyssea editis Tom. II. pag. 431.

2) Nititur conjectura in Euripid. Orest. vs. 1634:

ἐπεὶ θεοὶ
Ἕλληνας εἰς ἓν καὶ Φρύγας ξυνήγαγον,
θανάτους δ᾽ ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
ὕβρισμα θνητῶν, ἀφθόνου πληρώματος.

νου. Sed ob v. *κουφίσαι* in vers. 4. et *βάρος* in versu 6. retinui codicis lectionem. Quartum versum Wolfius sic legit: *σύνθετο κουφίσσαι ἀνδρῶν κτλ.*, cujus correcturae causa mihi ignota. — Rem, quae his versibus continetur, etiam Eustath. pag. 20. Euripid. Orest. 1636. cum schol. narrant.

2.

Τοῖς δὲ μετὰ τριτάτην Ἑλένην τέκε, θαῦμα βροτοῖσι.
Τήν ποτε καλλίκομος Νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ, θεῶν βασιλῆϊ τέκεν κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης·
Φεῦγε γὰρ οὐδ' ἔθελεν μιχθήμεναι ἐν φιλότητι
Πατρὶ Διῒ Κρονίωνι· ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ.
Καὶ Νέμεσις κατὰ γῆν τε καὶ ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ
Φεῦγεν, Ζεὺς δ' ἐδίωκε· λαβεῖν δ' ἐλιλαίετο θυμῷ.
Ἄλλοτε μὲν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Ἰχθύϊ εἰδομένη, πόντον πολὺν ἐξορόθυνεν.
Ἄλλοτ' ἀν' Ὠκεανὸν ποταμὸν καὶ πείρατα γαίης,
Ἄλλοτ' ἀν' ἤπειρον πολυβώλακα· γίνετο δ' αἰεὶ
Θηρία, ὅσσ' ἤπειρος ἀνατρέφει, ὄφρα φύγοι νιν.

Hos versus, quos Athenaeo VIII. p. 334. c. debemus [3]), dedi ex Schweighaeuseri recensione, qui eos etiam, ut Adr. Junius [4]), interpretatus est. Nonnulla tantum mihi adjicienda: vs. 5. *Κρονίωνι· ἐτείρετο.* Hiatus dativo excusatur et caesura post *Κρονίωνι* [5]). Vs. 9. *ἰχθύϊ εἰδομένη* hiatus iterum partim tertiae declinationis dativo, partim v. *εἰδόμε-*

---

[3]) *Καὶ ὅτι*, Athenaeus dicit, *ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη — τὴν Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ Διὸς, καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφουμένην διὰ τούτων* etc.

[4]) in animadvv. Vid. Gruteri Thes. critic. Tom. IV. pag. 337 sqq.

[5]) De hiatu post dativum tertiae declinationis vid. Hermann. ad Orph. pag. 730. Exempla hiatus ob similem caesuram haec sunto. Iliad. *β'*, 211. 275. 315. Iliad. *ξ'*, 38. Od. *ν'*, 14. Od. *σ'*, 249.

νος excusatur, quod apud Homerum saepissime hiatum admittit [6]). Vs. 12. θηρία ὅσσ' ἤπ. Nonnunquam α neutrius generis vocabulorum hiatum facit, praecipue si vox dactylus vel pyrrhichius est [7]). Schweighaeuser. recipere vult lectionem, quam veteres libri indicare videntur: θηρί' ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει etc. Retinui lectionem per se bonam.

De parentibus Helenae minime veteres scriptores consentiunt. Apud Homer. Od. λ', 298. Helena filia Ledae et Tyndarei, soror Castoris et Pollucis [8]); secundum Hesiodum Oceani et Tethyos filia [9]). In hymnis Homericis 17. et 33. Castor et Pollux Tyndaridae nominantur, sed filii Jovis et Ledae sunt; videtur igitur ab horum hymnorum auctore Helena quoque filia Jovis et Ledae habita esse. Apud Pindarum quoque (Nem. X, vers. 150.), referente scholiasta, Pollux et Helena filii Jovis et Ledae, Castor Tyndari. Utrum etiam secundum hanc Cypriorum carminum narrationem Nemesis in anserem se mutaverit, et Jupiter assumta cygni forma rem cum ea habuerit [10]), dici vix potest. His versibus valde similes inveniuntur apud Quint. Smyrn. III, 619—623. de Thetide, quae fugit mortalis viri concubitum.

---

[6]) Odyss. β', 269. 401. γ', 372. χ', 206. ω', 503. 548. Iliad. ν', 69.

[7]) Iliad. β, 90. αἱ δέ τε ἔνθα. β', 668. τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν. Iliad. β, 115. ι, 22. δυσκλέα Ἄργος. ι, 520. κλέα ἀνδρῶν. Od. λ', 221. ὀστέα ἶνες. τ', 62. καὶ δέπα, ἔνθεν. Hesiod. Theog. 43. δώματα ἀθανατ. 182. ἐτώσια ἔκφυγε.

[8]) Etiam in Iliad. γ', 236. nominat Helena Castorem et Pollucem αὐτοκασιγνήτους.

[9]) Schol. ad Pindar. Nem. X, 150. ὁ μέντοι Ἡσίοδος, inquit, οὔτε Λήδας, οὔτε Νεμέσεως δίδωσι τὴν Ἑλένην, ἀλλὰ θυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος. Apud Pausan. I, 33, 3. 7. Nemesis filia Oceani est; Helena vero filia Nemesis et Jovis.

[10]) Vid. Euripid. Iphigen. in Aul. 1036 sqq. Quint. Smyrn. V, 53. V, 74. Coluth. rapt. Helen. 17. Catull.

3.

Schol. Villois. ad Iliad. π', 140.: *Κατὰ γὰρ τὸν Πηλέως καὶ Θετίδος γάμον, θεοὶ συναχθέντες εἰς τὸ Πήλιον ἐπ' εὐωχίᾳ ἐκόμιζον Πηλεῖ δῶρα. Χείρων δὲ μελίαν εὐθαλῆ τεμὼν εἰς δόρυ παρέσχεν. φασὶ μὲν Ἀθηνᾶν ξέσαι αὐτὸ, Ἥφαιστον δὲ κατασκευάσαι. τούτῳ δὲ τῷ δόρατι καὶ Πηλεὺς ἐν ταῖς μάχαις ἠρίστευσεν, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχιλλεύς. ἡ ἱστορία παρὰ τῷ τὰ Κύπρια ποιήσαντι.*

Etsi multi scriptores de Pelei et Thetidos nuptiis narrant [11]), apud nullum tamen hanc inveni narrationem. Hastam etiam apud Homer. Iliad. τ', 390. Quint. Smyrn. I, 593. et Apollodor. III, 13, 5. a Chirone accipit Peleus.

4.

Herodot. II, cap. 117.: *Κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα, καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα, δηλοῖ ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός. ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται, ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ.*

Haec res alio modo in Iliad. ζ', 290 sqq. narratur, nam ibi Paris a Lacedaemone etiam Sidonem in itinere venisse, mulieresque inde rapuisse perhibetur. Si Herodoti narrationem et compendium hujus carminis a Proclo factum: *χειμῶνα δὲ αὐτοῖς*

---

11) cf. Jacobs. ad Tzetz. Anteh. 133. Etiam Coluth. in Helenes raptu videtur Cypria carmina secutus esse vers. 387. loco mutilato, nam ibi Paris ad Cicones, populum Thraciae, venit et Hellespontum, Trojamque Helenam ducit. Eustathius p. 663. A.- 642, 33. Rom. rem, ut Herodotus, ex Cypriis narrat carminibus.

ἐφίστησιν Ἥρα, καὶ προσενεχθεὶς Σιδῶνι ὁ Ἀλέξανδρος αἱρεῖ τὴν πόλιν etc., comparamus, magnis, quum uterque locus ejusdem carminis sibi repugnet, videmur implicari difficultatibus, eamque ob causam nonnulli Herodoti, alii Procli verba spuria habuerunt [12]). Res mihi sic se habere videtur. In Cypriis carminibus Paris narrabatur secundo vento et tranquillo mari tertio die itineris Trojam venisse. Quum haec narratio aliis in cyclum receptis carminibus repugnaret, ab eo, qui multa carmina epica in unum conjungebat corpus, mutata, aliaque substituta est, quae magis cum ceteris carminibus consentiret. Aliae quidem etiam res in Iliade et Cypriis carminibus non consentiunt [13]), quae in cyclico poëmatum corpore videntur non mutatae esse, quum non tanti sint momenti. Apud Herodotum tam verba poëtica, quam ipsi versus non animadverti non possunt. Legendum enim:

εὐαεῖ τε
πνεύματι χρησάμενος λείῃ τε θαλάσσῃ [14]).

5.

Pausan. III, cap. 16, 1.: Πλησίον δὲ Ἰλαείρας καὶ Φοίβης ἐστὶν ἱερόν· ὁ ποιήσας τὰ ἔπη Κύπρια θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι. Κόραι δ' ἱερῶνται σφισιν παρθένοι, καλούμεναι κατὰ ταυτὰ ταῖς θεαῖς καὶ αὗται Λευκιππίδες.

---

[12]) Heynius Herodoti locum spurium habet, Wüllner. l. l. p. 73. Procli verba.

[13]) cf. Iliad. γ', 442 sqq. cum verbis excerptorum: μετὰ τὴν μῖξιν etc.

[14]) Friedemann. Comment. in Strabon. T. I. pag. 336. tres versus ex Herodoti verbis facere conatus est, ut ex Wüllneri libro p. 73. video, sed Strabonis editionem nunc inspicere mihi non licet.

Hilaira et Phoebe, Leucippides, sunt uxores Castoris et Pollucis [15]).

6.

Αἶψα δὲ Λυγκεὺς
Ταΰγετον προςέβαινε ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς,
Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταντα λίδου Πέλοπος, τάχα δ' εἴςιδε κύδιμος ἥρως
Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω κοίλης δρυὸς ἄμφω,
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.

Hoc fragmentum Cypriorum carminum legitur apud Tzetz. ad Lycophron. 511. [16]) et schol. ad Pindar. Nem. X, 114 [17]). De pugna Dioscurorum Lynceique et Idae vid. praecipue interpretes ad Pindar. Nem. X. Theocrit. Idyll. XXII. vs. 135. Schol. ad Iliad. γ', 243. Od. λ', 299. Apollodor. III, 11, 2. — In versu secundo apud schol. Pindar. *Ταΰγετον* legitur; Jonicam formam *Τηΰγ.* recepi, quae etiam apud Homer. Od. ζ', 103. invenitur. In vers. 5. Tzetz. *δεινοῖς ὀφθ.* schol. Pindar. *εἰν ὀφθαλμ.* et Boeckh. putat, vitium in v. *εἰν* inesse, eamque ob causam lacunae signa posuit [18]). In fine versus apud schol. Pindar. et Lycophr. legitur: *ἔσω δρυὸς ἄμφω*

---

[15]) Vide Theocrit. XXII, 137. Apollodor. III, 11, 2. Schol. ad Lycophr. 511. Leucippidarum matrem Philodicen nominat.

[16]) *Τὴν δὲ ἱστορίαν*, Tzetzes inquit, *τῶν Διοσκούρων καὶ Στασῖνος, ὃ τὰ Κύπρια πεποιηκὼς, γράφει. Αἶψα* etc.

[17]) Apud hunc schol. in fine versuum legitur: *νύξε δ' ἄρ' ἀγχίστωρ ἕλοχα*, quod *ἀγχίστωρ* Heynius ad Apollodor. p. 733. in *ἄγχι στὰς* mutavit.

[18]) Wüllner. in libello de cyclicis poëtis pag. 73. *οἷς εἰν ὀφθαλ.* corrigens vehementer errat, quum cuique epicae linguae gnaro notum esse debeat, *εἰν* nunquam in thesi apud epicos inveniri. Vid. Hermann. ad Orph. p. 734. Gerhard. lectt. Apollon. pag. 112. et infra ad Arctini *Ἰλίου πέρσιν* fragm. 1.

κοίλης, quod viri docti vario modo emendarunt [19]). Qua de causa has conjecturas improbem, sicque scribendum esse putem, ut ego fecerim, ex excursu primo de versibus spondiacis apparebit.

7.

Κάστωρ μὲν θνητὸς, θανάτου δέ οἱ αἶσα πέπρωται,
Αὐτὰρ ὅ γ' ἀθάνατος Πολυδεύκης, ὄζος Ἄρηος.

Hi versus apud Clement. Alexandrin. cohort. ad gent. sect. 16. pag. 26. ed. Potter. leguntur [20]). Retinui praeterea codd. scripturam, quum Sylburg. mutaverat θάνατον [21]). Castorem mortalem esse etiam Apollodor. III, c. 11. s. fin. dicit.

8.

Οἶνόν τοι Μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Apud Athenaeum II. p. 134. et Suid. s. v. οἶνος inveniuntur, quos Suidas narrat a Nestore dictos esse, quum Menelaus apud eum commoraretur. Videtur igitur Nestor Menelaum adhortatus esse, ut vino curas rerum familiarium repelleret.

---

[19]) Boeckh. in adnotatt. ad Pindar. schol. scribit: „Possis etiam (legere) ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἠμένω ἄμφω κοίλης." Qua de causa hujus viri docti emendationem rejecerim, magisque probem Heynii conjecturam: ὀφθαλμοῖσιν ἔσω κοίλης δρυὸς ἠμένω ἄμφω, exponam in excursu *de versibus spondiacis epicorum.*

[20]) προσίτω δὲ καὶ ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας· Κάστωρ etc.

[21]) Mutavit opinans αἶσαν non portionem, partem, sed fatum esse. Sed rectam h. v. interpretationem jam Apollonius Sophist. p. 59. ed. Toll. habet: δι' ὃ καὶ ἡ μερὶς αἶσα λέγεται· Ἴλιον ἐκπέρσαντα, λαχόντα τε λῃϊδος αἶσαν. cf. Iliad. ω', 428. 750. Odyss. π', 101. τ', 84.

9.

Pausan. X, c. 26, 1.: *Τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τῷ παιδὶ Ὅμηρος μὲν Νεοπτόλεμον ὄνομα ἐν ἁπάσῃ οἱ τίθεται τῇ ποιήσει. τὰ δὲ Κύπρια ἔπη φησὶν ὑπὸ Λυκομήδους μὲν Πύῤῥον, Νεοπτόλεμον δὲ ὄνομα ὑπὸ Φοίνικος αὐτῷ τεθῆναι, ὅτι Ἀχιλλεὺς ἡλικίᾳ ἔτι νέος πολεμεῖν ἤρξατο.*

Secundum vulgarem narrationem, quam auctor Cypriorum carminum secutus est, Neoptolemus filius Deïdamiae, cujus pater Lycomedes. Aliter rem Duris tradiderat, qui eum Iphigeniae in insula Scyro expositae filium fecerat[22]). Quum praeterea qui ipse juvenis proelia, non cujus pater init, Neoptolemus dicendus sit, *Ἀχιλλεὺς* apud Pausaniam glossema esse videtur[23]), quamquam vulgaris lectio alio exemplo defenditur; apud Homer. Iliad. ζ, 403. enim Hectoris filius a Trojanis *Ἀστυάναξ* nominatur, quia ejus pater urbem servat. Omnino veteres poëtae saepius ad compositionem et significationem nominum propriorum respiciunt, quam nos exspectamus[24]). Fragmentum ad reditum Graecorum a Teuthrania deleta pertinere videtur.

10.

Αἱ μὲν οὖν κόραι ἐπὶ τοὺς ταλάρους ὥρμησαν, καὶ τὰ λοιπά. (ὁ δὲ) ἀνελόμενος τὰ ὅπλα κατάφωρος ἐγένετο, καὶ συνεστρατεύσατο. Πρότερον δὲ . . . . ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς.

---

22) Eustath. ad Iliad. τ', 326.

23) Eustath. l. l. *Νεοπτόλεμος δὲ ἐπεκλήθη ὁ τοῦ Ἀχιλλέως οὗτος υἱὸς, διότι νέος ὢν ἐπολέμησε.* Servius ad Virgil. Aen. II, 13. Pyrrhus admodum puer evocatus ad bellum est, unde dictus est Neoptolemus.

24) cf. Boeckh. explicatt. ad Pindar. Olymp. VI, 56. p. 158. Cf. Od. τ', 409.

Si haec, quae liber Leidensis[25]) ad Iliad. τ', 332. habet de Achille inter filias Lycomedis detecto, in cyclo erant[26]), lecta esse videntur in iis, quae de secunda Graecorum in Troada navigatione in Cypriis carminibus narrabantur. Nam ad primam Graecorum expeditionem, ut ex Procli verbis clarum est, referri non possunt.

11.

Tzetz. ad Lycophr. 570.: *Φερεκύδης δέ φησιν ὅτι Ἄνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν θεῶν τῷ δεκάτῳ ἔτει ναυστολῆσαι ἐπὶ τὴν Ἴλιον, καὶ πορθῆσαι αὐτήν. Χρησμὸς γὰρ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη, Τροίας κρατῆσαι τῷ δεκάτῳ χρόνῳ. ὑπέσχετο δὲ αὐτοῖς καὶ ὑπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τρέφεσθαι. μέμνηται τούτων καὶ ὁ τὰ Κυπριακὰ συγγραψάμενος.*

Videntur igitur Graeci prima vel secunda navigatione Delum, cujus rex Anius erat, venisse[27]). De Anii filiabus, i. e. de Oenotropis vide Tzetz. l. l.

12.

Pausan. IV, 2, 5.: *Λυγκέως μὲν δὴ παῖδα οὐκ ἴσμεν γενόμενον, Ἴδα δὲ Κλεοπάτραν θυγατέρα ἐκ Μαρπήσσης, ἣ Μελεάγρῳ συνῴκησεν. ὁ δὲ τὰ ἔπη ποιήσας τὰ Κύπρια Πρωτεσιλάου φησὶν, ὃς ὅτε κατὰ Τρωάδα ἔσχον Ἕλληνες ἀποβῆναι πρῶτος ἐτόλμησε,*

---

25) Valcken. dissert. de schol. p. 124.: „In schol. ad Iliad. τ', 332. priora ferme cum editis congruunt; deinde ridicule *ἱστορικοῖς* pro *ἱστουργικοῖς* (—). tum sic pergit liber Leidens.: *αἱ μὲν οὖν*" etc.

26) Locum enim integriorem mihi parare non potui, quam ut eum Valckenaer. habet.

27) Eandem rem ex Pherecydis libris narrat Phavorin. s. v. *Ῥοιώ*. Vid. Sturz. Pherecyd. fragm. pag. 209.

Πρωτεσιλάου τούτου τὴν γυναῖκα Πολυδώραν μὲν τὸ ὄνομα, θυγατέρα δὲ Μελεάγρου φησὶν εἶναι τοῦ Οἰνέως.

Protesilaus, primus e navibus Graecis in Trojanam terram egressus, ab Hectore interficitur. Utrum ubi de ejus morte agebatur etiam de ejus uxore mentio facta sit, an alio loco, dici non potest. Uxor ejus h. l. Polydora nominatur, filia Meleagri, sed ab Eustathio ad Iliad. *β'*, 700. Laodamia, filia Acasti. Scriptores etiam de auctore ejus mortis dissentiunt. Apud Homerum enim l. l. a Dardano viro, nomine non adjecto, interficitur; in carminum Cypriorum excerptis et Quint. Smyrn. I, 818. ab Hectore. Sed schol. Villois. ad l. l. praeterea Aeneam, Euphorbum, Achatem afferunt [28]).

13.

Schol. apud Heyn. in supplend. et emend. ad Homer. Iliad. *π'*, 57.: *πόλιν εὐτείχεα· τὴν Πήδασον οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί. αὐτὸς δὲ Λύρνησσον.*

Briseïs filia Brisei, Lyrnessi regis [29]), ab Achille, quum Lyrnessum expugnaret, capta est, quam Homerus in Iliad. *π'*, 57. *πόλιν εὐτείχεα* nominat. Secundum hoc scholium vero auctor Cypriorum carminum Briseïda captam esse, Pedaso expugnata, dixit, qua in re eum Dictys secutus est [30]).

---

[28]) Cf. Jacobs. ad Tzetz. Antehom. 222.

[29]) Iliad. *β'*, 692. ibiq. schol.

[30]) de bello Trojan. lib. II. Propere inde Pedasum expugnare coepit, Lelegonum urbem. Sed eorum rex Briseïs, ubi animadvertit in obsidione saevire nostros — — laqueo interiit. Neque multo post capta civitas, atque interfecti multi mortales, et abducta filia regis Hippodamia (i. e. Briseïs Tzetz. Antehom. 350. *αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Ἱπποδάμειαν ἕλε Βρισῆος*).

14.

Pausan. X, 31, 1.: *Παλαμήδην δὲ ἀποπνιγῆναι προελθόντα ἐπὶ ἰχθύων θήραν, Διομήδην δὲ τὸν ἀποκτείναντα εἶναι καὶ Ὀδυσσέα ἐπιλεξάμενος ἐν ἔπεσιν οἶδα τοῖς Κυπρίοις.*

In Homeri carminibus nulla, ut constat, Palamedis mentio, quae frequentius apud seriores fit, occupatos in exponenda adornandaque Palamedis historia [31]). De morte ejus nunc tantum agam. Sino apud Virgil. Aen. II, 84. eum sub falsa proditione Graecis infando indicio, quia bella vetaret, interfectum esse dicit. Tzetzes eum, ut proditorem, a Graecis lapidibus obrutum et interfectum esse narrat [32]). Secundum hos igitur scriptores publico Graecorum judicio morte multatus est, dum alii narrant, eum astutia Ulyssis aut in puteum descendisse ad thesaurum reperiendum, et dein ab Ulysse et Diomede lapidibus obrutum [33]), aut dum pisces caperet ab iisdem esse interfectum [34]).

15.

Εἵματα μὲν χροΐας τότε αἱ Χάριτές τε καὶ Ὧραι
Ποίησαν, καὶ ἔβαψαν ἐν ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Οἷα φέρουσ' ὧραι, ἔν τε κρόκῳ, ἔν θ' ὑακίνθῳ,
Εἴνί τ' ἴῳ θαλέθοντι, ῥόδου τ' ἐνὶ ἄνθεϊ καλῷ,
Ἡδεῖ, νεκταρέῳ, ἔν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσιν,
Ἄνθεσι ναρκίσσου καλλιβρόσου· οἵ' Ἀφροδίτη
Ὥραις παντοίαις τεθυωμένα εἵματα ἕστο.

---

31) Heynius exc. IV. ad Virgil. Aen. II. Jacobs. ad Tzetz. Antehom.

32) Tzetz. ad Lycophron. 382. Vid. etiam schol. Euripid. Orest. 422. pag. 356. ed. Matthiae. et eandem narrationem apud Tzetz. Antehom. 364 — 385.

33) Dictys de b. Tr. lib. II.

34) Cf. Quint. Smyrn. V, 198.

Hoc fragmentum, quod Athenaeus [35]) laudat, videtur ad Venerem se ornantem pertinere, et ad eam fortasse carminis partem, ubi Achilles et Helena, Venere Thetideque auctoribus, in unum sunt conducti [36]). Pro v. *ἱμάτια* codd. [37]) *εἵματα* restitui, metro postulante. Sic etiam in vs. 4. metro poscente pro *ἔν τ' ἴῳ* scripsi *εἰνί τ' ἴῳ* [38]). Vs. 6. in MSS. sic legitur: *ἄνθεσι ναρκίσσου καλιῤῥόου. δοῖα Ἀφ.* In iis, quae praecedunt praepositio *ἐν* semper, ubi alius floris nomen affertur, additur. Si igitur etiam h. l. a nominatis floribus diversus intelligendus esset, praepositio *ἐν* adjicienda esset, quae omissa indicat v. *ἄνθεσι* ad vv. *ἐν δ' ἀμβροσίαις καλύκεσσιν* referendum esse; quod si v. *ἄνθεσι* retinemus, explicatio verborum *ἔν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσιν* est, idque epicorum more defenditur [39]). Alia difficul-

---

[35]) Athen. lib. XV. p. 682. e. f. *Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται ὁ μὲν τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας ἢ Σταοῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ Κύπρια, Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα. λέγει δ' οὖν ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας αὐτὰ ἐν τῷ ιά οὑτωσί· Εἵματα* etc.

[36]) Heynius ad Virgil. Aen. I. exc. 2. apud Athenaeum corrigit *ἐν τῷ ά*, versusque pertinere putat ad judicium Paridis, conjectura per se probabili. Wüllnerus his versibus ornamenta et venustatem Briseïdis describi conjicit.

[37]) Pro v. *εἵματα* MSS. Schweighaeuseri et schol. ad Lucian. de saltatione §. 5. *ἱμάτια* praebent, pro quo Canterus *ἵματα* ediderat, quae vox apud Hesychium quoque invenitur Tom. II. p. 49. *ἵματα· ἱμάτια*, sed ex mendoso codice Schweighaeusero ducta esse videtur. Quum hujus rei plura apud Hesych. exempla inveniantur (vid. Valcken. ad Ammon. pag. 82. 102. animadvv. ed. sec.), libenter cum Schweigh. consentio, recepique id quod metrum postulat *εἵματα*.

[38]) *ἔν τ' ἴῳ* etiam apud schol. ad Lucian. l. l. Sed quum prima syllaba voc. *ἴον* corripiatur, ut in *ἰοειδὴς, ἰόεις, ἰοδνεφὴς*, dum in *ἰὸς = βέλος* producitur, locus emendandus. Wüllnerus legit *ἔν τ' ἴῳ*.

[39]) Apud Homerum quidem saepissime et fortasse semper

tas verbis *καλιῤῥόου δοῖα* inest, quod *καλ.*, quum pulcre fluens significet, haud aptum narcissi epitheton est. In hac voce aut *καλλιπνόου*, aut *καλλιδρόσου* [40]), aut *καλλιχρόου* [41]) latet, quarum conjecturarum mihi maxime *καλλιδρόσου* et *καλλιπνόου* placet. Pro *δοια* vel *διοια* codd. recepi Canteri et Casauboni lectionem *οἷα*.

16.

Ἡ δὲ σὺν ἀμφιπόλοισι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
Πλεξαμένη στεφάνους εὐώδεας ἄνθεα γαίης,
Ἂν κεφαλαῖσιν ἔθεντο θεαὶ λιπαροκρήδεμνοι
Νύμφαι καὶ Χάριτες, ἅμα δὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ,
Καλὸν ἀείδουσαι κατ' ὄρος πολυπιδάκου Ἴδης.

Eidem Athenaeo [42]) hoc fragmentum, quod nulla interpretatione eget, debemus. In vs. 5. codd. *ἀειδούσῃ* praebent, quod sine ullo dubio in *ἀείδουσαι* mutandum.

17.

Ζῆνα δὲ τὸν ῥέξαντα, καὶ ὃς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν
Οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν· ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς.

Apud Stobaeum Florileg. c. 41. *περὶ αἰδοῦς* et apud Platonem Euthyphron. p. 12. a. [43]) haec legun-

---

vox latioris ambitus praecedit, v. c. *τὸν δὲ σκότος ὅσσ' ἐκάλυψε. τὸν δὲ φρένας ἵκετο πένθος* et simil. Sed nihilo minus apud Hesiodum simile exemplum legitur in Theogon. 567. *δάκεν δ' ἄρα νείοθι θυμὸν Ζῆν' ὑψιβρεμέτην*, ubi pars, *θυμὸς*, praecedit, totum, Jupiter ipse, postponitur. Wüllnerus Schweighaeuseri *ἄνθους* recepit. *Κάλυξ* praecipue de rosis. vid. J. H. Voss. not. in Theocrit. pag. 20.

[40]) Suavem vaporem, odorem exhalantis. — Schweighaeuseri conjectura.

[41]) Eleganti colore, formoso. — Dalecampio placuit.

[42]) Athen. l. l.: *οὗτος ὁ ποιητὴς καὶ τὴν τῶν στεφάνων χρῆσιν εἰδὼς φαίνεται, δι' ὧν λέγει· Ἡ δὲ σ.*

[43]) Plato hoc fragmentum sine auctoris nomine habet, et pro *τὸν δὲ ῥ.* legitur *τόν θ' ἔρξαντα.*

tur. Nescio ad quem locum Cypriorum carminum hoc et sequentia fragmenta referam.

18.

Pausan. X, c. 26, 1.: *Λέσχεως δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ.*

Si recte memini nullus alius scriptor Aeneae uxori nomen Eurydicae imposuit, nam ab omnibus Creusa nominatur. Vid. Pausan. l. l.

19.

Schol. ad Sophocl. Electr. 152.: *ἢ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τρεῖς τὰς θυγατέρας τοῦ Ἀγαμέμνονος. ἢ ὡς ὁ τὰ Κύπρια τέσσαράς φησιν.*

Homer. Iliad. ι', 144. tres Agamemnonis filias nominat, Chrysothemin, Laodicen et Iphianassam [44]), praeterea nulla apud eum neque Iphigeniae, neque reliquarum filiarum mentio fit, quae, si Proclo fides habenda, facta est in Cypriis carminibus, qui dicit: *καὶ Ἰφιγένειαν κελεύσαντος θύειν.* Dicere igitur possumus, Iphigeniam a Cypriorum auctore tribus ab Homero laudatis Agamemnonis filiabus additam esse [45]). Iphigeniae nomen Pindar. Pyth. XI, 35. quoque habet. Quae illae quatuor ab auctore Cypriorum nominatae filiae fuerint, incertum [46]).

---

[44]) Ibi schol. dicit Laodicen eandem esse, atque Electram tragicorum, Iphianassam vero Euripidis Iphigeniam.

[45]) Scholiis enim saepe minima auctoritas concedenda.

[46]) Cf. Heynius ad Iliad. ι', 144. Wüllner. l. l. pag. 76. dicit, scholiast. non cogitasse, Iphigeniam eo tempore, quo Homerus Agamemnonem loquentem inducat, jam immolatam fuisse. Sed Homero fabula de Iphigeniae sacrificio incognita fuit, quum nusquam ejus mentionem faciat, etsi saepissime ei occasio data erat.

20.

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνων παῖδας καταλείπει.

Si hoc fragmentum, quod Clementi Alexandr. [47]) debemus, ad Stasini Cypria est referendum, nescio ad quam narrationem pertineat. Qua de causa mihi pro v. *Στασίνου* videtur *Ἀρκτίνου* legendum, fragmentumque ad Arctini deletam Trojam, et ad interfectionem Astyanactis quidem, referendum esse.

21.

Ἄμπελον, ἣν Κρονίδης ἔπορεν οὗ παιδὸς ἄποινα
Χρυσείην ἀγανοῖσιν φύλλοισιν κομόωσαν
Βότρυσι, τοὺς Ἥφαιστος ἐπασκήσας πατρὶ δῶκεν,
Αὐτὰρ ὃ Λαομέδοντι πόρεν Γανυμήδεος ἄντι.

Ex conjectura hoc fragmentum ad Cypria retuli, nam ab schol. Euripid. [48]) ex cyclo sine auctoris nomine laudatur. Mutavi etiam codicis scripturam verbis transpositis *ἀγανοῖσιν φύλλοισιν* pro *φύλλοισιν ἀγανοῖσιν*, quam lectionem si retinemus, secunda syllaba vocis *ἀγανὸς* producenda contra Homeri, Hesiodi aliorumque epicorum morem. Tzetzes tantum primam syllabam producit [49]). In vers. 4. Matthiae recte pro *ἄρτι* cod. dedit *ἀντί*. — In ipsa fabula magna varietas. Ganymedes apud Homerum [50])

---

[47]) Stromat. VI. p. 747. *πάλιν Στασίνου ποιήσαντος· Νήπιος* etc.

[48]) Schol. ad Orest. 1370. Tom. IV. p. 506. Matth.: *τινὲς οὐχ ἵππους, ἀλλὰ χρυσῆν ἄμπελόν φασι δεδόσθαι ὑπὲρ Γανυμήδους, καθάπερ ἐν κύκλῳ λέγει. Ἄμπελον* etc. Quis est, qui hoc in cyclo dicit? nam nemo ad quem referri possint ea verba neque praecedit neque sequitur. Mihi aut legendum esse videtur *λέγει τις*, aut *λέγεται*.

[49]) Tzetz. Homer. 442. *Βουνίκῳ Κορύθῳ τε καὶ Ἀγάνῳ Ἰδαίῳ τε.*

[50]) Iliad. ψ', 232.

a Diis propter pulcritudinem rapitur, ut Jovi a poculis sit, Jupiterque pro rapto puero Troi, ejus patri, equos dat [51]). In hymno Homerico in Venerem Jupiter ipse eum per venti vim rapit, ut Diis vinum infundat, et patri Troi, ut in Iliade, dat equos. Duabus igitur rebus auctor horum quatuor versuum, partim quae ad patrem, partim quae ad dona attinent [52]), a vulgari narratione recedit.

§. XV.

Ilias cyclica.

Ipsam Iliadem cyclicum fuisse poëma, quod priores partim concedebant, partim dubitabant, nunc fragmentis chrestomathiae Proclianae clarum est; ceteris vero veterum locis, quum praesertim Homerus Cyclicis haud raro opponatur [53]), nihil demonstratur, ne verbis Etymologici M. quidem [54]): *Ὅμηρος εἴωθε λέγειν νεκάδες τὰς τῶν νεκρῶν τάξεις, παρὰ τοὺς νέκυας, νεκύαδάς τινας οὔσας. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὰς τῶν ὁπλιτῶν τάξεις οὕτω καλοῦσιν παρὰ τὸ νεῖκος, αἱ εἰς πόλεμον ἡτοιμασμέναι, ἢ ἀχώριστοι, τὸ γὰρ νε στερητικόν ἐστι, καὶ καδεῖν τὸ χωρῆσαι. Ἰλιάδος ϑ' — Δαναῶν κεκαδησόμεϑα. παρὰ μὲν τοῖς κυκλικοῖς αἱ ψυχαὶ νεκάδες λέγονται. — ἦτέ κε δηρὸν*

Αὐτοῦ πήματ' ἔπασχον ἐν αἰνῇσι νεκάδεσσιν. Ἰλιάδος ε. Haec sunt verba Etymologi. Homerus uno loco Iliad. ε', 886. hac voce utitur, ibique series mortuorum (*τάξεις τῶν νεκρῶν*) significat, ad quem

---

[51]) Iliad. ε', 265.

[52]) De seriorum narrationibus vide Jacobs. ad Tzetz. Antehom. 93.

[53]) Vid. infra de Odyssea cyclica.

[54]) Pag. 543. 4. ed. Lips. s. v. *νεκάδες*. Etymolog. Gudianum p. 404. ed. Sturz. s. v. eadem ex parte correctius praebet.

locum Etymolog. ab initio hujus glossae respicit. Nihilominus hunc ipsum locum etiam, ut probetur apud Cyclicos vocem *animos* significare, adhibitum videmus. Quum haec vis ad Homerum nihil attineat, verba *ἦτε — νεκάδεσσιν* aut cyclici cujusdam versus, qui apud Homerum quidem etiam legitur, sed ita ut v. *νεκάδες* aliam habeat significationem; itaque vv. *Ἰλιάδος ε'* delenda essent [55]); aut ab aliquo adjecta sunt, cui in mentem venerat v. *νεκάδες* etiam in Iliade legi, eamque ob causam de significatione nihil attendens versum Homeri adposuit. Quod si statuimus, et probabile videtur, vv. *ἦτέ κε δηρὸν — Ἰλιάδος ε'* delenda sunt. Ex hoc igitur loco nemo Homeri carmina in cyclum fuisse recepta demonstrabit, neque perverse [56]) Casaubon. ad Athen. p. 479. et Salmasius ad Solin. p. 602 = 857. col. 2. qui huic scholio fidem detrahere student, faciunt, quum haec glossa nullam omnino auctoritatem habeat [57]). Neque plus auctoritatis loco Aristotelis est, qui *ὅτι Ὁμήρου ποίησις*, inquit [58]), *σχῆμα διὰ τοῦ κύκλου, ἐν τῷ συλλογισμῷ*. Vocem *κύκλος* non ad epicum cyclum refero, sed significat *amplexum, circulum*, sicque interpretor: „Homerus ita fingit, carminaque sua componit, ut totius populi omnes prius gestas res, quae ad eam rem pertineant, complectantur, et quasi rerum gestarum circulum sive cyclum efficiant. Quum vero cyclus figura sit, eam ob causam et Homeri poësis figura.“ Qua interpre-

---

[55]) Etymol. Gud. haec verba non habet.

[56]) Verba Wüllneri p. 17. sunt, qui omnino nimis prodigus verbis *perverse*, *inepte* et similibus est.

[57]) Nonnulli eam his corruptis verbis praebent, ut Dodwell. de cyclis pag. 800. Cf. Casaub. ad Athen. lib. VII. c. 5. pag. 277. d. e.

[58]) Elench. lib. I. 9. p. 181.

tatione conveniente sensui, verbis Aristotelis et ipsi Homeri poësi, omnibus conjecturis interpretationibusque veterum falsis supersedere possumus, ut Philoponi, qui ad l. l. fol. 34, 6. Ald.: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι κύκλος*, inquit, *ἰδίως ὀνομαζόμενον, ὃ ποιημά τινες μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσιν* [59]). Sed quaeret quispiam: quaenam tibi causa Aristotelis verba aliter, quam vulgari modo a tot viris iisdemque doctissimis probato, interpretandi? Primum, quod si dicere voluisset poëmata Homeri in cyclo esse, certe dixisset *ποιήματα*, vel *τὰ ποιήματα σχῆμα*; tum quod illa interpretatio minime cum iis, quae de cyclo epico nota sunt, convenit. Sed jam satis. Homeri Iliadem et Odysseam inter cyclica carmina recepta fuisse ex Procli chrestomathia clarum est.

§. XVI.

Aethiopis.

Proximum ab Iliade locum Aethiopida, ex quinque libris constantem, habuisse, cujus auctor Arctinus, a Proclo perhibetur. Unum tantum hujus perlongi carminis [60]) fragmentum apud schol. ad Pindar. Isthm. IV. v. 58. edit. Boeckh. inveni:

ὁ γὰρ τὴν Αἰθιοπίδα γράφων [leg. *γράψας*] *περὶ τὸν ὄρθρον φησὶ τὸν Αἴαντα ἑαυτὸν ἀνελεῖν.*

Quae parva narratio, quam etiam Quintus Smyrnaeus secutus esse videtur [61]), mihi satis gravis est, quum per eam etiam meam de cycli composi-

---

[59]) Etiam Wüllnerum p. 5, qui aliam hujus Aristotelis loci interpretationem sequitur, habeo mecum consentientem, hanc explicationem Philoponi falsam esse.

[60]) Secundum Heerenii conjecturam in Biblioth. ant. litterat. et artis fasc. 4. p. 61. hoc carmen 9100 versibus constabat.

[61]) Vid. lib. V, 395.-482.

tione conjecturam aliis probare posse videar. Novissima enim Procli ex Aethiopide excerptorum verba haec sunt: *καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων Ὀδυσσεῖ καὶ Αἴαντι στάσις ἐμπίπτει.* Secundum haec verba ne judicium armorum quidem in hoc carmine erat narratum, nedum mors Ajacis esset exposita; sed secundum schol. Pindar. non solum judicium de Achillis armis, sed etiam, quae post judicium facta sunt, interfectio Ajacis et similes res narrabantur. Is igitur qui cyclum variorum poëmata in unum corpus conjungendo componebat, ultima Aethiopidis de armorum judicio et morte Ajacis agentia rejecit, ut Aethiopida et parvam Iliadem aptius posset conjungere. Qua autem re permotus ultima Aethiopidis potius, quam Iliadis parvae initium rejecerit, dicere non possum.

§. XVII.

Ilias parva.

Etsi hujus carminis antiquiores scriptores, ut Aristoteles[62]), Pausanias, imo Aristophanis scholiasta[63]), saepe commemorant, nunquam tamen auctoris nomen addunt[64]). A serioribus scriptoribus, ut ab Eusebio, Hieronymo, Proclo in chrestomathia, Tzetza[65]) et ab eo, qui fingendo in tabula expressit res ad Trojam gestas, Lesches auctor nominatur; qui Lesches[66]), filius Aeschyleni[67]), patria Lesbo ortus

---

[62]) Poëtica cap. 22.

[63]) Ad equites vs. 1053.

[64]) Falsum igitur quod Salmas. ad Solin. pag. 852. contendit, parvae Iliadis auctorem Leschem semper et ab omnibus existimatum esse.

[65]) Ad Lycophron. vs. 1263.

[66]) A plurimis *Λέσχης* nominatur, a Pausania, excepto uno loco, ubi duo codd. *Λέσχης* praebent, semper *Λέσχεως*.

[67]) Pausan. X, 25, 2. sive secundum cod. Vindob. Aeschyli.

est [68]), sed ex qua hujus insulae urbe fuerit, quum nonnulli eum Pyrrhaeum [69]), Proclus in chrestomathia Mitylenaeum nominet [70]), incertum est. Floruit circa Olymp. 30, nam ab Eusebio ad Olymp. 30, 3. et ad Olymp. 33 refertur [71]), ab Hieronymo ad Olymp. 30. De ejus vita nihil constat, nisi quod Clemens Alexandrinus [72]) Phaniam secutus narrat, eum ante Terpandrum vixisse, cum Arctino certamen iniisse eumque vicisse, sed neque quo tempore, neque quo carmine vicerit notum est.

Non autem Leschi soli hoc carmen, sed ab auctore vitae Homeri, quae a nonnullis Herodoto attribuitur, Homero adscribitur, qui hoc carmen, quum apud Thestoridem esset, fecerit, et Thestorides hoc suo ipsius nomine edidisse dicitur [73]). Quisquis au-

---

[68]) Euseb. ad Olymp. 30, 4, et 33. Hieronym. ad Olymp. 30. Clement. Alexandr. Stromat. I. p. 398. ed. Potter.

[69]) Pausanias l. l., auctor tabulae Iliacae.

[70]) Eadem igitur inter scriptores discrepantia est, quae de Antimachi epici patria, quem nonnulli Clarium, nonnulli Colophonium nominant. Sed ut probabile est, Antimachum fuisse Clarium, et a majore eademque haud procul a Claro remota urbe nomen accepisse, in cujus fortasse ditione Clarus esset, sic etiam mihi Lesches Pyrrha ortus et a majore urbe nomen accepisse videtur.

[71]) Euseb. Chronic. canon. ad Olymp. *Δ*, 3.: *Λέσχης Λέσβιος ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα ποιήσας καὶ Ἀλκμὰν ἤκμαζεν.* Idem Chronic. log. I. p. 40.: *Κύψελλος Κορίνθου ἐτυράννησεν ἔτη κή. Λέσχης Λέσβιος ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα ποιήσας καὶ Ἀλκμὰν ἤκμαζον.*

[72]) Stromat. I. p. 398.: *Φανείας δὲ πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον. διημιλλῆσθαι δὲ τὸν Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι.*

[73]) *Διατρίβων δὲ παρὰ τῷ Θεστορίδῃ ποιεῖ Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω.* Hic de parva Iliade sermonem esse, *ἐλάσσω*que et *μικρὰν Ἰλιάδα* eandem esse nomen ipsum indicat. Nihilominus Salmas. exercitt. Plin. p. 852, 2. A. B. contendit, haec diversa carmina et *ἐλάσσω Ἰλιάδα* idem carmen cum Cypriis fuisse. Qua in re cum eo consentire non possum, quum nomen minoris Iliadis non

ctor hujus carminis est, mirabile certo, ab antiquioribus nunquam — praecipue apud Pausaniam, ubi nonnullis verbis interjectis et Leschis et parvae Iliadis mentio fit [74]) — ad Leschem referri, quod a recentioribus semper factum est. Etiam hoc miratione movet, quod omnia, quae a Pausania sub Leschis nomine narrantur, non ad id parvae Iliadis compendium, quod nobis Proclus servavit, referri possunt. Quibus de rebus mihi hoc persuasum habeo. Antiquis temporibus, ubi parum critica arte utentes carminibus, quae ex prioribus temporibus circumferebantur, nomina auctorum praeponebant, nonnulli fuerunt, qui hoc carmen Homero, nonnulli qui Thestoridi, vel Leschi adscriberent; sed quum tempore Aristotelis et Alexandrinorum intelligentes plus critices talibus in rebus adhiberent, non amplius Homero tribuerunt, sed plurimi putarunt, Leschem esse auctorem, nonnulli nesciverunt omni-

---

tam ad Cypria carmina, quam parvam Iliadem pertineat; deinde versus, quem dicit testantibus grammaticis initium Cypriorum carminum fuisse:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν

corruptus et suppositicius est, quum nemo nisi Scaliger. in notis ad Catull. p. 112. et nonnulli alii recentiores eum laudent, ut cum Ryckio in libro de primis Italiae incolis pag. 446. qui subjectus est ejus Holstenii castigationum et emendationum in Stephanum Byzant. editioni, non consentire non possim, qui Scaligerum, nimium memoriae fretum, versum mutasse dicit. Deinde ad versum in Horatii arte poëtica:

Fortunam Priami cantabo et nobile bellum,

ipse hunc Doricum versum p. 855. c. fingit:

Ἀείω Πριάμοιο τύχαν πόλεμόν τε κλεεννόν.

et nobis pro primo parvae Iliadis versu vendit, qua in re eum Fabricius in bibl. Graec. T. I. p. 376. ed. Harles. secutus est.

[74]) Pausanias X, 26.

no, cui hoc carmen adsignarent. Sic factum est, ut partim non nominato auctore carmen citetur, partim Leschi attribuatur.

Non totum carmen in cyclum receptum fuisse, si fragmenta et ab Aristotele hujus carminis argumentum traditum cum Procli excerptis contulerimus, luce clarius apparebit. Aristoteles enim [75]) Iliadem et Odysseam, ait, vix ad unam vel duas, Cypria contra carmina et parvam Iliadem ad plures tragoedias componendas materiem suppeditare, harumque tragoediarum nomina adduntur: *ὅπλων κρίσις, Φιλοκτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, πτωχεία, Λάκαιναι, Ἰλίου πέρσις καὶ ἀπόπλους καὶ Σίνων καὶ Τρῳάδες.* In Iliade parva a Proclo in compendium redacta nihil eorum, quae ad Trojae excidium spectant, narratur, sed parva Ilias tempus inde ab armorum judicio usque ad equum ligneum in urbem Trojam receptum continet. Videtur igitur Leschis carmen, quod de Trojae excidio agebat, a nonnullis parvae Iliadi conjunctum fuisse (ut ab Aristotele), a nonnullis pro singulari carmine inscripto *Ἰλίου πέρσις* esse habitum [76]). Cur vero *Ἰλίου πέρσις* Leschis in cyclum epicum non fuerit relata etiam nunc, collatis ejus fragmentis, intelligere possumus. Namque Lesches illo carmine non vulgares narrationes secu-

---

[75]) Aristotel. de poët. cap. 23.: *οἱ δ' ἄλλοι περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ. οἷον ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. Τοιγαροῦν ἐκ μὲν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρας, ἢ δύο μόναι, ἐκ δὲ Κυπρίων πολλαὶ, καὶ ἐκ μικρᾶς Ἰλιάδος (πλέον) ὀκτώ.*

[76]) Eadem sententia Plehnii est in libro *Lesbiaca* inscripto, qui p. 134. *jam ut meam proferam sententiam*, inquit, *id quidem satis apparere credo e veterum scriptorum locis, parvae Iliadis partem seu continuationem fuisse Ἰλίου πέρσιν*, quae ab aliis (*v. c. Aristotele et Tzetza*) *cum illa conjuncta, ab aliis (e. g. Pausania) ab ea secreta est.*

tus erat, sed eas, quae non omnibus notae erant [77]), nonnullas fortasse etiam ipse finxerat, ut, qui cyclum epicum componebant, ea de causa hoc carmen rejicerent. Praeterea apud Aristotelem verborum ordo notandus; priorum enim verborum ordo usque ad *Εὐρύπυλον* cum ordine factorum convenit, a quo iis, quae hoc nomen sequuntur, receditur; quem si Aristoteles secutus esset, Sinon et *ἀπόπλους* (qui non de vera ex Trojano agro navigatione, sed de simulata in insulam Tenedon fuga intelligendus) ante excidium Trojae nominandi erant, verbaque hoc ordine scribenda: *ἀπόπλους, Σίνων, Ἰλίου πέρσις*. Cujus mutatae positionis Tychsen. [78]) sibi hanc videtur causam invenisse, quod Aristoteles *Ἰλίου πέρσιν*, generalioris nominis tragoediam, praemiserit, in qua etiam Sinonis facinus commemorari debuerit. Eandem ob causam v. *ἀπόπλους* postposuit. Sub finem igitur hujus carminis in describendo Trojae excidio et praeda dividenda poëta erat occupatus [79]). Fragmenta, quae inveni, haec sunt:

---

[77]) Vide infra fragm. 6.

[78]) Praefat. ad Quint. Smyrn. pag. LXV.

[79]) Ryckius in libro de primis Italiae incolis conscripto p. 446. cupide contra nonnullos Scaligeri et Salmasii errores disputans denique statuit, Leschem Ilii excidium scripsisse, incognitum scriptorem parvam Iliadem, et omnes seriores scriptores, qui Leschi parvam Iliadem adscriberent, errasse. Quod certo cuique nimia cum audacia dictum esse videbitur, praecipue quum haud indocti scriptores sint, et quae Pausanias sub Leschis nomine de Astyanactis interfectione afferat — vid. infra fragm. 7. — ad verbum fere in sexto fragmento legantur, dum plurimi scriptores de hac re alia narrent. Viam igitur ingressus sum, quae mihi verior esse videtur, et statui Ilii excidium non semper parva Iliade conjunctum fuisse, et gaudeo, etiam Tychsenio (praef. ad Quint. Smyrn. p. LXVII.) idem placuisse. In ceteris omnibus, quae contra Scaligerum disputat, Ryckio assentior. Scaligerus enim (animadv. ad Chronic. Euseb. Hier. ad

1.

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐϋπωλον,
Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος.

Hos versus auctor vitae Homeri [80]) habet, qui eos initium parvae Iliadis esse dicit. *Ἀείδω*, si recte memini, neque in Iliade, neque in Odyssea producta prima syllaba invenitur, sed saepius in Hymnis Homericis et apud seriores [81]). *ἐϋπωλον*

---

ann. MCCCLX.] „Non videtur eadem fuisse," inquit, „*Ἰλιὰς μικρὰ καὶ Ἰλίου πέρσις. Ἰλιάδα μικρὰν* scripsit Stasinus, *Ἰλίου πέρσιν Λέσχης*, qui et *Λέσχεως*, Lesbius, ex urbe Pyrrha. *Ἰλίου πέρσεως* meminit Aristoteles in poëtica, qui tantum abest, ut eandem faciat cum minuscula Iliade, ut ex ea *τὴν Ἰλίου πέρσιν* propagatam esse dicat. Nos vero alibi demonstravimus *Λέσχεων* Pyrrhaeum auctorem *τῆς Ἰλίου πέρσεως* fuisse. Itaque non video, quomodo Eusebium et scholiasten Nemeorum cum Aristotele conciliare possim." Praecipue in eo Scaliger. errat, quod narrat, Aristotelem dicere Ilii excidium ex parva Iliade propagatum. Aristoteles enim nihil dicit, nisi in parva Iliade argumenta certe octo tragoediarum contineri, quarum affert excidium Trojae. Non igitur dicit, Ilii excidium, epos, propagatum esse ex parva Iliade, sed tragoediam secundum argumentum parvae Iliadis hac inscriptione factam esse, vel fieri posse. Hunc errorem jamjam Salmas. exercitt. Plin. p. 854. fin. et. p. 855. correxit, sed ipse in alium p. 854. incurrit: „Lesches *μικρὰν Ἰλιάδα* composuit, quae non solum ab Eusebio et scholiasta Pindari citatur, sed etiam a Clemente, Tzetze et aliis; solus, quod sciam, Pausanias testimonium ex ea producit sub nomine *Ἰλίου πέρσεως*. Et sane *Ἰλιὰς μικρὰ* decantabat Ilii excidium, ut revera potuerit etiam hoc titulo inscribi." Sed Pausanias non testimonium ex parva Iliade producit, et ei nomen *Ἰλίου πέρσει* dat; sed potius ei *Ἰλίου πέρσις* et *μικρὰ Ἰλιὰς* diversa sunt carmina, quorum parvam Iliadem incerto auctori, Ilii excidium Leschi adscribit.

[80]) Cap. 16.: *διατρίβων δὲ παρὰ τῷ Θεστορίδῃ ποιεῖ Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω, ἧς ἡ ἀρχή· Ἴλιον* etc.

[81]) Hymn. XII, 1. in Junonem: *Ἥρην ἀείδω.* Hymn. XVIII, 1. in Mercur. *Ἑρμῆν ἀείδω.* Hymn. XXVI, 1. *Ἄρτεμιν ἀείδω.* Hymn. XXXII, 1. *Μήνην ἀείδειν.* Quint. Smyrn. III, 646. *καὶ μένος ἀείσουσιν.*

l. l. legitur, sed Hermannus, epigramm. Homer. V, ubi hi versus leguntur, scribit *εὔπωλον*, haud recte, ut mihi videtur [82]). *ἧς πέρι.* Quum tempore belli Trojani Dardania et Ilium unam urbem efficerent [83]), recte singularis positus.

2.

Αἴας μὲν γάρ ἄειρε καὶ ἔκφερε δηϊοτῆτος
Ἥρῳ Πηλείδην, οὐδ' ἤθελε δῖος Ὀδυσσεύς.

Πῶς ἐπιφωνήσω; πῶς οὐ κατὰ κόσμον ἔειπες
Ψεῦδος;
Καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη.

Quorum versuum ultimus apud Aristophan. equit. 1065, reliqui apud ejus scholiastam servati [84]) quum ad judicium de Achillis armis spectent, haud longe ab initio carminis remoti esse potuerunt. Nam quum Graeci incerti essent, cui Achillis arma attribuerent, miserunt sub Trojae moenia nonnullos viros, ut audirent, quem Trojani principem fortitudine Graecorum haberent. Legatos ibi duas virgines audivisse narrant, quae de Ulyssis Ajacisque fortitudine non consentirent. Alio modo eadem res ex cyclo narratur in schol. Harlejanis ad Odyss. *λ'*, 547.: *Παῖδες Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη*] *φυλαττόμενος ὁ Ἀγαμέμνων τὸ δόξαι θατέρῳ χαρίζεσθαι τῶν περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων ἀμφισβητούντων, αἰχμαλώτους τῶν Τρώων ἀγαγὼν ἠρώτησεν, ὑπὸ ὁποτέρῳ τῶν*

---

[82]) Vide infra excurs. de versibus spondiacis.

[83]) Vid. Tzetz. ad Lycophron. 29 et 72. cf. Iliad. *β'*, 820. 824.

[84]) Quum incertum esset, cui arma essent danda, Nestor Graecis suasit: *πίμψαι τινὰς ἐξ αὐτῶν ὑπὸ τὰ τείχη τῶν Τρώων, ὠτακουστήσαντας περὶ τῆς ἀνδρείας τῶν προειρημένων ἡρώων, τοὺς δὲ πεμφθέντας ἀκοῦσαι παρθένων διαφερομένων πρὸς ἀλλήλας, ὧν τὴν μὲν λέγειν, ὁ Αἴας πολὺ κρείττων ἐστὶ τοῦ Ὀδυσσέως.*

Ἀχαιῶν [85]) μᾶλλον ἐλυπήθησαν. εἰπόντων δὲ τὸν Ὀδυσσέα τῶν αἰχμαλώτων, δηλαδὴ ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἄριστον, τὸν πλεῖστα λυπήσαντα τοὺς ἐχθρούς, ἔδωκαν [86]) εὐθὺς τῷ Ὀδυσσεῖ τὰ ὅπλα. Ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος [87]). Ἡ δὲ ἱστορία ἐκ τῶν Κυκλικῶν [88]). Ex primo et secundo horum parvae Iliadis versuum Achilles in pugna cecidit, quod jam in Iliade indicatum est [89]). Tertius et pars quarti versus est sermo alterius de fortitudine heroum dissentientium virginum, quae, impellente Minerva, hoc loquuta est. Ad ejusdem sermonem etiam referendus est quintus versus [90]).

3.

Ἀμφὶ δὲ πόρκης
Χρύσεος ἀστράπτει καὶ ἐπ' αὐτῷ δίκροος δίη.

Hoc modo hi parvae Iliadis versus, quibus descriptio Achillis hastae continetur, in codd. MSS. leguntur [91]), Heyniusque [92]) corrigit ἐπ' αὐτῷ δίκροος αἰχμή, ut αἰχμὴ sit cuspis sive mucro hastae. Quae

---

85) Bentlej. ἡρώων.

86) Buttmannus recte legere vult ἔδωκεν, intellecto Agamemnone.

87) Intelligendus est versus 547. Odysseae, quem Wolfius eam ob causam uncis inclusit.

88) De judicio armorum cf. Quint. Smyrn. V, 157. Tzetz. Posth. 485.

89) Secundum Iliad. χ', 359. ad portam Scaeam casurus est, secundum φ', 278. sub muro Trojanorum, etiam Odyss. ω', 35—45. in pugna cadit, et apud Sophocl. Philoct. 334. Apollinis sagittis. Alii narrant eum in templo Thymbraei Apollinis fraude Alexandri occisum esse. Cf. Liban. Soph. narr. 8. Hygin. fab. 107. Tzetz. ad Lycophr. 269. Quint. Smyrn. III, 61.

90) Alter scholiast. ad Aristophan. l. l. hunc versum ait esse ex parva Iliade, alter ex cyclo epico.

91) In schol. ad Pindar. Nem. VI, 85.

92) Excurs. I. ad Virgil. Aen. II.

lectio per se bona nimis ab ipsorum codicum litteris recedit, quam ob causam mihi potius *δίκροος ἄρδις* legendum esse videtur [93]), eadem significatione, nam syllaba *ἀρ* per compendium scripta, quo hanc habebat notam ꝺ [94]), facili negotio cum ultima vocis *δίκροος* littera coalescere, indeque omitti potuit. Similes descriptiones etiam apud Homerum Iliad. ζ', 319. ϑ', 495. *πάροιθε δὲ λάμπετο δουρὸς αἰχμὴ χαλκείη, περὶ δὲ χρύσεος ϑέε πόρκης.* De v. *πόρκης* vid. Eustath. ad l. l.

4.

Πηλείδην δ' Ἀχιλῆα φέρε Σκῦρόνδε θύελλα,
Ἔνθ' ὅγ' ἐς ἀργαλέον λιμέν' ἵκετο νυκτὸς ἐκείνης.

Eustathius [95]), qui hoc fragmentum servavit, narrat Achillem ex Mysia in insulam Scyrum venisse; igitur non initio belli Trojani a patre Peleo, ne cum ceteris Graecis contra Trojanos bellum gereret, in insulam illam missus est. Etiam apud Homerum

---

[92]) Etymolog. Gud. p. 73. et p. 74. *ἢ τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα, καὶ ἄρδεις πληθυντικὸν τὰς φαρέτρας.* Apud Gregor. Cor. pag. 507. *ἄρδις* inter voces Jonicas legitur, ubi etiam *ἄρδεις τὰς φαρέτρας.* Sed nusquam hac significatione invenitur. Nam apud Aeschyl. Prometh. 880. *οἴστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος* aperte telum significat „furoris telum." Apud Herodot. I, 215. et IV, 81. est cuspis sagittae. cf. Callimach. fragm. 130. apud Etymol. Gud. p. 73. *ἀλλ' ἀπὸ τόξου αὐτὸς ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέρου.* Lycophron. Cassandr. 63. *γιγαντοραίστοις ἄρδισι τετρωμένου.*

[94]) Vid. tabulam aeri inc. III. lin. 4. ad Gregor. Cor. adjectam. Hanc conjecturam jam Scaligerus ad Euseb. Hieron. Chronic. annum MCCCLX. proposuit.

[95]) Eustath. ad Iliad. τ', vs. 326.: *ὁ δὲ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα γράψας φησὶ τὸν Ἀχιλλέα ἐκ Τηλέφου τοῦ Μυσοῦ ἀναζευγνύντα προσορμισθῆναι ἐκεῖ· γράφει γὰρ οὕτω* etc. Schol. Villois. ad Iliad. τ', 326. *Φασὶν Ἀχιλλέα ἀπὸ τῆς πρὸς Τήλεφον ἀναζευγνύντα μάχης προσορμισθῆναι ἐκεῖ. Πηλείδην δ' Ἀχιλῆα φέρε Σκῦρόνδε θύελλα.* Vide praeterea ibi plura huc pertinentia.

ipsum Achilles ex domo patris in bellum Trojanum proficiscitur [96]). Heynius [97]) in hoc fragmento verba *ἔνθ' ὅγ' ἐς ἀργαλέον λιμ.* mutavit in *ἔνθ' ὅγ' Ἀχιλλεῖον λιμέν' ἵκετο*, qua mutatione supersedere possumus. Habebat quidem Scyrus portum, cui ab Achille nomen Achilleo datum erat [98]), et excusari potest prolepsis similibus veterum locis [99]), sed mihi concessum esse non videtur talem prolepsin, nulla re cogente, veteribus scriptoribus obtrudere. — Haec quatuor fragmenta ejus parvae Iliadis partis sunt, quae in cyclum epicum recepta fuit; etiam partis de Troja capta agentis nonnulla fragmenta inveniuntur, quae etsi ad cyclum non pertineant, tamen hic afferam.

5.

Pausan. III, 26, 7.: *Μαχάονα δὲ ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου τελευτῆσαί φησι ὁ τὰ ἔπη ποιήσας τὴν μικρὰν Ἰλιάδα.*

Quum hoc fragmentum non ad ipsum Trojae excidium pertineat, sed ad priora tempora, etiam a Pausania ex parva Iliade laudatur. Fortasse etiam in hoc carmine Machaon interfectus est, quum mortem Nirei ulcisci vellet [1]).

6.

Νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη.

Sic Jonice hoc fragmentum duobus locis apud

---

[96]) Iliad. ε', 252. λ', 764—784. Cf. Procli excerpta Cypriorum carminum.

[97]) Ad Iliad. τ', 326.

[98]) Vid. Eustath. p. 1187. cf. Schol. Villois. ad Iliad. τ', 326.

[99]) Apud Livium, lib. I., Tarquinius *priscus* in aliqua oratione nominatur, ubi Tarquinius *superbus* nondum regnaverat.

[1]) Cf. Quint. Smyrn. VI, 390.

Tzetzem legitur [2]), sed Dorice scriptum invenitur apud Clement. Alexandr. [3]) et in vetere scholiast. ad Euripid. Hecubam [4]):

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.

Vix habeo, quod de hoc Dorico versu dicam, certe cum Tychsenio [5]) consentire non possum, qui „*ita* (versus) *legitur*, inquit, *Aeolice, male opinato scilicet scholii auctore Leschen, ex Aeolide oriundum, Aeolice scripsisse, unde in hanc dialectum verba transtulit.*“ Quae mutationis causa longius repetita esse videtur, quum, si auctor scholii scivisset, auctorem libri Aeolensem fuisse, certe ei etiam notum fuisset, epicos Graecos Jonica usos esse dialecto, neque credibile sit, duos scriptores, scholiastam illum et Clementem Alexandr. falsa aliqua argumentatione adductos versum mutasse [6]). Praeterea

---

[2]) Tzetz. ad Lycophron. 344.: *τότε καὶ ἀποτηθέντων δόλοις τοῦ Σίνωνος, καὶ ἑλκυσάντων τοῦτον περὶ τὴν πόλιν, καὶ μέθῃ καὶ χαρᾷ καὶ ὕπνῳ συσχεθέντων, αὐτὸς ὁ Σίνων, ὡς ἦν, αὐτῷ συντεθειμένον φρυκτὸν ὑποδείξας τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ὁ Λέσχης φησὶν ἡνίκα νὺξ μὲν ἔην* etc. Idem versus legitur in Tzetz. Posthom. 720. et 775, mutatis tantum prioribus verbis in *νὺξ δ' ἄρ' ἔην*. Quo posteriore loco omnino plurimis rebus Tzetzes secutus esse parvae Iliadis auctorem videtur.

[3]) Stromat. I. pag. 381. ed. Potter.

[4]) Laudat hunc scholiastam Scaliger. de emend. Tempor. lib. V. p. 328. ed. Genev. 1629. ex schedis Fulvii Ursini: *Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἑάλω δ' ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ὀγδόῃ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκὼς ὀγδόῃ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν ἡνίκα νὺξ μὲν ἔην* etc. *μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει.* — Media nocte Trojam esse captam, omnes veteres scriptores dicunt. Vid. Blomfield. ad Aeschyl. Agam. v. 26.

[5]) Praefatio ad Quint. Smyrn. pag. LXIV.

[6]) Cf. quos Schaefer. laudat ad Apollon. Rhod. Tom. II. p. 286. et Müller. ad Tzetz. Lycophr. l. l.

hoc fragmentum in schol. Euripid., apud Tzetzam et Eudociam [7]) aperte v. *Ἠνίκα* incipit, ut versus fortasse scribendus sit:

Ἠνίκα νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε
Σελήνη [8]).

In singulis verbis Lesches ab usu Graecorum reliquorum recedit, qui de ortu solis et lunae verbum *ἀνατέλλειν*, de sideribus *ἐπιτέλλειν* usurpant [9]).

De tempore, quo Troja capta sit, vid. Tzetz. Posthom. V. fin. Scaliger. de emend. temp. lib. V. — Dionys. Petavius I. de D. T. c. 22. et lib. IX, c. 29. dicit, Trojam esse captam Junii die duodecimo, feria quinta, anno Julian. periodi 3530; Clemens vero Alexandrinus [10]) duodecimo Thargelione, duodevicesimo regni Agamemnonis anno.

7.

Αὐτὰρ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς
Ἕκτορέην ἄλοχον κατάγει κοίλας ἐπὶ νῆας,
Παῖδα δ' ἑλὼν ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης
Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου, τὸν δὲ πεσόντα
Ἕλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην, ἠΰζωνον παράκοιτιν
Ἕκτορος, ἥν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες Παναχαιῶν
Δῶκαν ἔχειν, ἐπίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρί·
Αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο·

---

[7]) In Violario s. v. *Αἰσήμου* p. 31.

[8]) Producta prima v. *Σελήνη* syllaba arseos vi et littera liquida excusanda, ut in voce *συνεχὲς* apud Homerum et reliquos epicos. Iliad. *μ'*, 26. Hesiod. Theog. 636. Apollon. Rhod. I, 738.

[9]) Vid. Phrynich. p. 124. 125. Sic *ἐπιτέλλειν* de sideribus Hesiod. *ἔργ.* 381. et 585. cf. Aeschyl. Agam. vers. 7.

[10]) Stromat. I. p. 381. ed. Potter.: *καὶ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνῃσι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος.*

Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν,
Ἐκ πάντων Δαναῶν ἄγεμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.

Debemus hos undecim versus Tzetzae [11]). Quum vulgaris de Aeneae in Italiam adventu narratio nemini non nota sit, secundum hoc vero fragmentum non videatur in Italiam venisse [12]), necessarium est ea in memoriam revocare, quae Tzetzes ad Lycophron. vs. 1232. habet, quibus ad hunc ipsum parvae Iliadis locum respicitur. Aeneam captivum a Neoptolemo ex Troja in Thessaliam ductum post Orestis mortem liberatum in regione montis Macedonici Crissi habitasse, ex qua regione profectum in Italiam venisse. Hoc de re ipsa satis sit. Versus dedi ex Potteri recensione, mutato tantum in v. 6. v. *εὔζωνον*, quod utrumque Potteri MS. praebeat, in *ἠΰζωνον*, jam a Wolfio Odyss. Tom. II. p. 433. receptum. Omnino in hoc sexto versu non bene narratio procedit; nam secundo jam versu mentio fit Andromachae ad naves deductae, nunc vero de ejus ex captivis electione. Vs. 2. *Ἑκτορέην ἄλοχον*, ut apud Homer. Iliad. *ἀσπίδα Νεστορέην*. Iliad. ε', 741. *Γοργείη κεφαλή*. Sic etiam Homerus *κατάγειν* semper cum *ἐπὶ* conjungit [13]). Quartus versus Homericis simillimus [14]). Eandem rem, quam hic ver-

---

[11]) Tzetz. ad Lycophr. Cass., 1263.: *Λέσχης δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκὼς Ἀνδρομάχην καὶ Αἰνείαν αἰχμαλώτους φησὶ δοθῆναι τῷ Ἀχιλλέως υἱῷ Νεοπτολέμῳ, καὶ ἀπαχθῆναι σὺν αὐτῷ εἰς Φαρσαλίαν, τὴν Ἀχιλλέως πατρίδα* etc.

[12]) Ryckius l. l. p. 446. dicit Leschem ex invidia hoc scripsisse, quum in Polygnoti tabula, quae praecipue ad Leschis carmen expressa esset, Aeneas non compareret. Sed Leschem de Aenea mentionem fecisse jam ex fragmento nono intelligimus.

[13]) Iliad. ε', 25. φ', 32. *δῶκεν ἑταίροισιν κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας.*

[14]) Iliad. α', 591. *ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.*

sus continet, narrat Pausanias [15]). In versu 11. infinitivus ἄγεμεν eadem significatione, qua apud Hesiodum ἔργ. 375. voc. φέρβεμεν: παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον φέρβεμεν [16]).

8.

Pausan. X, 25, 2.: *Πλησίον δὲ τοῦ Ἑλένου Μέγης ἐστί· τέτρωται δὲ τὸν βραχίονα ὁ Μέγης, καθὰ δὴ καὶ ὁ Λέσχεως ὁ Αἰσχυλήνου Πυῤῥαῖος ἐν Ἰλίου περσίδι ἐποίησε. τρωθῆναι δὲ ὑπὸ τὴν μάχην τοῦτον, ἣν ἐν τῇ νυκτὶ ἐμαχέσαντο οἱ Τρῶες, ὑπὸ Ἀδμήτου φησὶ τοῦ Ἀργείου. γέγραπται δὲ καὶ Λυκομήδης παρὰ τὸν Μέγητα ὁ Κρέοντος, ἔχων τραῦμα ἐπὶ τῷ καρπῷ· Λέσχεως δ' οὕτω φησὶν αὐτὸν ὑπὸ Ἀγήνορος τρωθῆναι. δῆλα οὖν, ὡς ἄλλως γε οὐκ ἂν ὁ Πολύγνωτος ἔγραψεν οὕτω τὰ ἕλκη σφίσιν, εἰ μὴ ἐπελέξατο τὴν ποίησιν τοῦ Λέσχεω. προσεπέθηκε μέν τοι καὶ σφυροῦ τῷ Λυκομήδει, καὶ τρίτον τραῦμα ἐν τῇ κεφαλῇ. τέτρωται δὲ καὶ Εὐρύαλος ὁ Μηκιστέως κεφαλήν τε καὶ ἐπὶ τῇ χειρὶ τὸν καρπόν. οὗτοι μὲν δὴ ἀνωτέρω τῆς Ἑλένης εἰσὶν ἐν τῇ γραφῇ· ἐφεξῆς δὲ τῇ Ἑλένῃ μήτηρ τε ἡ Θησέως ἐν χρῷ κεκαρμένη, καὶ παίδων τῶν Θησέως Δημοφῶν ἐστι φροντίζων, ὅσα γε ἀπὸ τοῦ σχήματος, εἰ ἀνασώσασθαί οἱ τὴν Αἴθραν ἐνέσται. Ἀργεῖοι δὲ καὶ ἐκ τῆς Σύνιδος θυγατρὸς γενέσθαι Θησεῖ Μελάνιππον λέγουσι, καὶ ὡς ἀνέλοιτο ὁ Μελάνιππος δρόμου νίκην, ὅτε οἱ Ἐπίγονοι καλούμενοι Νέμεα δεύτεροι οὗτοι ἔθεσαν μετὰ Ἄδραστον. Λέσχεως δὲ ἐς τὴν Αἴθραν ἐποίησεν, ἡνίκα ἡλίσκετο Ἴλιον, ὑπεξέλκουσαν ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὴν ἀφικέ-*

---

15) X, 25. Vid. fragment. 8.

16) Non igitur necessarium est versus transponere, quod Heinsio duce nonnulli fecerunt, neque necessaria mutatio voc. σώζοι in εἴη, quam scripturam nonnulli codd. praebent et recepit Gaisford.

σθαι τὸ Ἑλλήνων, καὶ ὑπὸ τῶν παίδων γνωρισθῆναι τῶν Θησέως, καὶ ὡς παρ' Ἀγαμέμνονος αἰτῆσαι Δημοφῶν αὐτήν. ὁ δὲ ἐκείνῳ μὲν ἐθέλειν χαρίζεσθαι, ποιήσειν δὲ οὐ πρότερον ἔφη, πρὶν Ἑλένην πεῖσαι· ἀποστείλαντι δὲ αὐτῷ κήρυκα ἔδωκεν Ἑλένη τὴν χάριν. ἔοικεν οὖν ὁ Εὐρυβάτης ὁ ἐν τῇ γραφῇ ἀφῖχθαί τε ὡς τὴν Ἑλένην τῆς Αἴθρας εἵνεκα, καὶ τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀπαγγέλλειν. γυναῖκες δὲ αἱ Τρῳάδες αἰχμαλώτοις τε ἤδη καὶ ὀδυρομέναις ἐοίκασι· γέγραπται μὲν Ἀνδρομάχῃ, καὶ ὁ παῖς οἱ προσέστηκεν ἑλόμενος τοῦ μαστοῦ. τούτῳ Λέσχεως ῥιφθέντι ἀπὸ τοῦ πύργου συμβῆναι λέγει τὴν τελευτήν, οὐ μὴν ὑπὸ δόγματός γε Ἑλλήνων, ἀλλ' ἰδίᾳ Νεοπτόλεμον αὐτόχειρα ἐθελῆσαι γενέσθαι.

Pauca tantum adjicere volo, quae partim ad ipsa verba, partim ad narrationes pertinent: Primo notatu dignus est dativus *περσίδι*, qui contra analogiam omnium a futuro formatorum substantivorum flexus est, quippe quae genitivum in — *σεως*, dativum in — *σει* habeant. Qua de causa plurimi viri docti [17]) *πέρσει* legendum esse censent; sed multitudo locorum, in quibus hic genitivus et dativus invenitur, revocat nos a periculo corrigendi [18]). Non solum

---

[17]) Salmas. exercitt. Plinian. pag. 854. col. I. D. E. Scaliger. ad Eusebii Chronic. pag. 72. sub ann. MCCL. Sylburg. et Kuhn. ad Pausan. X, 25. Vide et Ottomari Friderici Kleinii collectionem fragmentorum Stesichori pag. 79. nota 2. ubi alii, qui hanc genitivi formam restituere volunt, afferuntur.

[18]) Pausan. X, c. 26. et c. 27. *Στησίχορος ἐν Ἰλίου περσίδι.* Athen. XIII. p. 610. c. *ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλίου περσίδος*, vel ut alii legunt *Ἰλιοπερσίδος.* Harpocration T. I. p. 97. s. v. *καθελών· ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι* (*καθελὼν* pro *ἀνελών*) *καὶ ἄλλοι, ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου περσίδι.* Sic in MS. etiam nuper collato Vratislav. legitur; quod editiones Harpocrationis praebent, etiam novissima Lipsiensis, quae Hartmanni sumtibus exiit, *ἐν Ἰλίου πέρσει*, correctura Maussaci est, vid. edit. Lips.

apud Pausaniam, sed etiam apud ceteros scriptores haec hujus vocis flectendi ratio corrigitur, et certum est voc. *πέρσις*, ubi *excidium* significet, semper in genitivo *πέρσεως* habere, ut *πόρθησις*, *κτίσις* et simil. Quum hoc loco *carmen* de deleta Troja intelligendum sit, videntur scriptores flectendi genus mutasse, eamque declinationem recepisse, quae in carminum Graecorum nominibus in —*ὶς* exeuntibus usitata est. Ut igitur *Ἀλκμαιωνὶς, ίδος, Δαναΐς, ίδος, Αἰθιοπὶς, ίδος*, sic etiam Graeci scriptores, hac ipsa analogia commoti, flectebant *περσίδος* [19]). De fabulis haec sufficiant: Meges, Phylei filius, inter procos Helenae erat [20]), et quadraginta naves ad Trojam duxit [21]), ibique secundum hunc parvae Iliadis locum vulneratus et fortasse etiam occisus est [22]). Lycomedes quidam, filius Creontis, inter custodes castrorum ab Homero [23]) nominatur, et haud dubie idem est, qui Apisaonem interfecit [24]). Euryalus jamjam socius Colchicae Argonautarum expeditionis fuerat [25]), et

---

T. II. p. 195. Schweighaeus. ad Athen. XIII. p. 610. T. VII. animadvv. p. 312.

[19]) Gaudeo, quod Lobeckius, vir clariss., in animadverss. ad Phrynich. p. 607. nihil emendandum esse dicit, sed causae, quam affert, assentire non possum, quod *Ἰλίου περσίδι* sub uno accentu proferri debeat; etiam non puto, plerisque morem esse hanc vocem, ubi de carmine sermo sit in — *εως*, — *ει* — *ιν* flectere, quum in omnibus, quae mihi nota sunt, locis rem aliter se habentem cognoverim.

[20]) Apollodor. lib. III, 10, 8.

[21]) Iliad. *β'*, 630.

[22]) Cf. Heynius ad Iliad. *β'*, 627.

[23]) Iliad. *ι'*, 84.

[24]) Iliad. *ρ'*, 348.

[25]) Apollodor. I, c. 9, 16. Quum neque Orpheus, neque Apollonius, neque inter Latinos Valer. Flaccus et Hyginus commemorent, hunc Colchicae interfuisse expeditioni, videtur mihi errore Apollodori in numerum Argonautarum relatus esse.

expeditionis Epigonum contra Thebas [26]). Idem et in bello Trojano fuit, ut ex h. l. et Homer. Iliad. β', 564. apparet, et serioribus temporibus adhuc vixit [27]). Res Aethrae satis notae sunt, ejusque cum Helena conjunctio [28]).

9.

Pausan. X, 26, 1.: *Ἐπὶ δὲ τῇ Κρεούσῃ λέγουσιν, ὡς ἡ θεῶν μήτηρ καὶ Ἀφροδίτη δουλείας ὑπὸ Ἑλλήνων αὐτὴν ἐρύσαντο. εἶναι γὰρ δὴ καὶ Αἰνείου τὴν Κρέουσαν γυναῖκα. Λέσχεως δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ. γεγραμμέναι δὲ ἐπὶ κλίνης ὑπὲρ ταύτας Δηϊνόμη τε καὶ Μητιόχη καὶ Πεῖσίς ἐστι καὶ Κλεοδίκη· τούτων ἐν Ἰλιάδι καλουμένῃ μικρᾷ μόνης ἐστὶ τὸ ὄνομα τῆς Δηϊνόμης.*

Creusa, ut constat, filia Priami et Hecubae [29]). De ceteris nihil habeo, quod moneam.

10.

Pausan. X, 27.: *Ἀφίκετο μὲν δὴ ἐπὶ τὸν Κασσάνδρας ὁ Κόροιβος γάμον, ἀπέθανε δὲ, ὡς μὲν ὁ πλείων λόγος, ὑπὸ Νεοπτολέμου. Λέσχεως δὲ ὑπὸ Διομήδους ἐποίησεν. εἰσὶ δὲ καὶ ἐπάνω τοῦ Κοροίβου Πρίαμος καὶ Ἄξιών τε καὶ Ἀγήνωρ. Πρίαμον δὲ οὐκ ἀποθανεῖν ἔφη Λέσχεως ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ἑρκείου, ἀλλὰ ἀποσπασθέντα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ πάρεργον τῷ Νεοπτολέμῳ πρὸς ταῖς τῆς οἰκίας γενέσθαι θύραις.* Et paucis post verbis: *Ἄξιονα δὲ παῖδα εἶναι Πριά-*

---

[26]) Apollodor. III, c. 7, 2.

[27]) Cf. Pausan. II, 18 et 30.

[28]) Heynius ad Apollodor. III, 10, 7. pag. 723. Schol. ad Iliad. γ', 144. cf. Herodot. IX, 73.

[29]) Cf. Pausan. X, 26. Heynii excurs. 14. ad Virgil. Aen. II. Apollodor. III, 12, 5. pag. 249.

μου Λέσχεως, καὶ ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Εὐαίμονός φησι.

Recedit in Priami et Axionis morte describenda ab Lesche Quintus Smyrnaeus lib. XIII, 222. ubi Priamus a Neoptolemo ad aram (*Ἑρκείου ποτὶ βωμὸν*) interficitur. Idem etiam dicit vs. 205. Neoptolemum omnes Priami filios interfecisse.

11.

Hesych. Tom. I. pag. 99.: *Διομήδειος ἀνάγκη. παροιμία. Κλέαρχος μέν φησι Διομήδους θυγατέρας γενέσθαι πάνυ μοχθηράς, αἷς ἀναγκάζειν πλησιάζειν τινὰς, καὶ εὐθὺς αὐτοὺς φονεύειν. Ὁ δὲ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα [γράψας] φησὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Παλλαδίου κλοπῆς γενέσθαι.*

Vide plura apud Suid. s. v. et cf. schol. Aristophan. Eccles. 1074. Desiderii Erasmi adagiorum chiliades. Basil. 1536. pag. 298. Proverbia Graecorum edita ab Andrea Schotto pag. 404. et 56.

§. XVIII.

Ἰλίου πέρσις.

Proximum a parva Iliade locum, teste Proclo, *Ἰλίου πέρσις* Arctini tenebat, quam Heynius [30]) aliquando suspicatus est eandem fortasse atque eam fuisse, quae Leschi attribuatur; sed nunc probabilius, inquit, diversam eam ab illa fuisse. Non solum probabilius, sed certissimum est, diversa Arctini et Leschis de deleta Troja carmina fuisse, quum diversae ex utroque ejusdem rei narrationes serventur. Secundum Leschem enim Priamus non in al-

---

[30]) Bibliotheca antiquae litterat. et artis fasc. I. p. 39.

tari Jovis Hercii interiit [31]), at, Proclo narrante, apud Arctinum ab Neoptolemo interfectus est, quum in Jovis altare fugisset [32]). His paucis praemissis ea, quae de Arctino nota habeo, componam.

Arctinus Milesius [33]), filius Teletis, nepos Nautae, a Dionysio Halicarn. [34]) antiquissimus notorum poëtarum nominatur; omnino a plerisque primae Olympiadis tempore vixisse traditur [35]). Tzetzes

---

[31]) Vide supra parvae Iliadis fragm. 10.

[32]) Procli excerpta: *Νεοπτόλεμος μὲν ἀποκτείνει Πρίαμον ἐπὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου βωμὸν καταφυγόντα.* Jam Hermann. ad Aristot. poët. pag. 172. et Plehn. Lesbiac. p. 133. inde concludunt, diversa Arctini et Leschis *Ἰλίου περσίδας* carmina fuisse.

[33]) Omnibus locis nominatur Milesius, qua de causa mirum est, eum ab Athenaeo lib. I. p. 22, C. Corintho ortum dici: *Εὔμηλος δὲ ἢ Ἀρκτῖνος ὁ Κορίνθιος τὸν Δία ὀρχούμενόν που παράγει.* Quum neque hic ab ullo alio scriptore Corinthius nominetur, neque alius Arctinus notus sit, quum denique in simili loco apud Athen. VII. p. 277. d. (*ἐγὼ δὲ — οἶδα ὅτι ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος*) Eumelus Corinthius et Arctinus conjungantur, Schweighaeuserus in commentar. T. I. p. 179. recte legit: *Εὔμηλος δὲ ὁ Κορίνθιος ἢ Ἀρκτῖνος*, qua in re eum plerique viri docti secuti sunt. Vide Heeren. in bibl. antiqu. litt. et art. IV. p. 53. qui legit *Ἀρκτ. δὲ ἢ Εὔμηλος ὁ Κορίνθιος.*

[34]) Antiquit. lib. I. c. 68. p. 172. ed. Reiskii *παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ποιητής.* In omnibus codd. ibi *Ἀρατῖνος* legitur et omnino scriptura hujus nominis valde fluctuat. Vide notam sequentem.

[35]) Eusebius in Chronicon libro I. *Ἀρκτῖνος Μιλήσιος περὶ πολὺ ἤκμαζεν· ἐν Ἰταλίᾳ Πανδόσια καὶ Μεταπόντιον πόλεις ἐκτίσθησαν.* Si etiam Dionysius eum vixisse credidit, quo tempore Metapontum condebatur, recte ab eo antiquissimus poëta nominatus est, nam hoc oppidum ab Epeo, fabricatore equi lignei Trojani, conditum est. Euseb. canon. Ol. I, 1. *Ἀρκτῖνος Μιλήσιος ἐπὶ πολὺ ἤκμαζεν.* Euseb. Hieron. Chronic. lib. poster. ad Olymp. I, 2. *Arctinus Milesius versificator florentissimus habetur;* quem ad locum Salmasius in exemplari, quod in bibliotheca Magni Ducis Wimariensium adservatur, adscripsit: *Arctinus in pr. Pal. in sec. Arctinus. Tertius Aretinus.* Etiam

in Chiliad. eum discipulum Homeri fuisse narrat [36]), qua in re cum eo Suidas consentit, qui perhibet, hoc memoriae esse traditum ab Artemone Clazomenio in libro, quem de Homero scripserit. Non ad tam remotum tempus referendus esse videtur secundum ea, quae supra ex Clementis Alexandrini Stromatis, de ejus cum Lesche inito certamine, in quo victus esse dicitur, attuli [37]).

Praeter Arctinum de vastatione Trojae carmina scripsisse dicuntur *Lesches*, de quo jam supra egi. *Pisander* ejusdem argumenti carmen composuit; nam Macrobius Saturnal. lib. V. dicit, Virgilii Aeneidos librum secundum paene ad verbum translatum esse e Pisandri Graeco. Porro ab Athenaeo lib. XIII. pag. 610. c. narratur Sacadam Argivum ejusdem argumenti carmen scripsisse, et praecipue enumerasse omnes, qui in ligneo equo erant inclusi. De Stesichori *Ἰλίου περσίδι* mentionem facit Athenaeus l. l. et conferri de ea potest Suchfort. in Stesichori fragmentis pag. 23 — 56, et Ottomari Frider. Kleinii fragmenta Stesichori pag. 75 sqq.

Fragmenta haec inveni:

1.

Αὐτὸς γάρ σφιν ἔδωκε πατὴρ
Ἐννοσίγαιος πεσεῖν

Cyrillus adversus Julianum lib. I. eum prima Olympiade vixisse narrat. Euseb. Hieron. Chronic. l. l. ad Olymp. III, 2.: *Eumelus poëta, qui Bugoniam et Europam et Arctinus, qui Aethiopidem composuit et Ilii persin agnoscuntur;* ubi Salmasius: *it.* [Pal.] *Archianus qui Aethiopicam composuit et Iliacam vastationem. in reliquis p. Et ibi persis, agnoscuntur.* Suidas eum Olympiade IX. vixisse dicit.

[36]) *Ἀρκτῖνος ὁ Μιλήσιος ἦν μαθητὴς Ὁμήρου.*

[37]) Cf. praeterea de tempore quo vixerit Ryckii librum de primis Italiae colonis et Aeneae adventu pag. 440.

ἀμφοτέροις· ἕτερον δ' ἑτέρου κυδίον' ἔθηκε.
τοῦ μὲν κουφοτέρας χεῖρας πόρεν, ἔκ τε βέλεμνα
σαρκὸς ἑλεῖν, τμῆξαί τε καὶ πάντ' ἀκέσασθαι.
τῷ δ' ἄρ' ἀκριβέα πάντα ἐνιστήσεσιν ἔθηκε
ἄσκοπά τε γνῶναι καὶ κ' ἀναλθέα ἰάσασθαι.
ὅς ῥα καὶ Αἴαντος πρῶτος μάθε χωομένοιο
ὄμματά τ' ἀστράπτοντα βαρυνόμενόν τε νόημα.

Sic scriptum Heynius [38]) e scholiis Victorinis [39]) hoc fragmentum edidit, cujus valde corrupti nunc emendandi periculum faciam.

In prima linea, ut rhythmum restituamus, adjectivum *κλυτὸς* vel simile quid ad vocem *πατῆρ* addendum, ut jam Heynius recte monuit. Voc. *πεσεῖν* [40]) rejiciendum. In quinta linea legendum *καὶ ἕλκεα πάντ'* [41]). In linea sexta pro *πάντα ἐνιστήσεσιν* legendum *πάντα ἐνὶ στήθεσσιν* [42]), quum hiatus

---

[38]) In supplendis et emendandis ad Iliad. *λ'*, 515.

[39]) Ad l. l. Iliadis, *Τοῦτο ἔοικε*, scholiasta ille inquit, *καὶ Ἀρκτῖνος ἐν Ἰλίου πορθήσει νομίζειν ἐν οἷς φησιν.* Iidem versus a vv. *ἕτερον δ' ἑτέρου — ἰάσασθαι* leguntur etiam apud Eustath. ad eund. loc. p. 859. sine auctoris nomine; dicit enim *τὰ ἱστορούμενα ἔπη τὰ ἐπὶ τῇ Τρωικῇ πορθήσει ἐν οἷς φέρεται περὶ Ποδαλειρίου καὶ Μαχάονος, ὡς ἄμφω μὲν Ποσειδῶνος ἦσαν· ἕτερον δ' ἑτέρου* etc.

[40]) Heynius h. v. in *παισὶν* mutavit.

[41]) Sic etiam apud Eustathium haec verba leguntur.

[42]) Apud Eustath. legitur: *πάντ' εἰνὶ στήθεσσιν*, quod si recipimus evitamus quidem hiatum, sed aliquid committimus, quod magis etiam ab epicorum dictione recedit. Vocis *εἰνὶ* enim prior syllaba et *εἰν* apud epicos semper in arsi ponitur. cf. Iliad. *θ'*, 199. Od. *ι'*, 417. *κ'*, 310. *μ'*, 256. Batrachom. 260. Antimachi fragm. p. 73. *Χρυσείῳ εἰνὶ δεπάστρῳ.* Orpheus apud Clement. Alexandr. Stromat. V. p. 723. ed. Potter. *Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίη θ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκεν.* Orpheus Arg. *εἰνὶ νιφαργέσιν.* Sic etiam *εἰν*. Iliad. *ε'*, 215. *ψ'*, 103. Hesiod. Theog. 290. 983. operr. 362. 405. Vid. ad Cypria carm. fragm. 6.

excusari possit trochaica caesura [43]). Linea septima Jonica forma *ἰήσασθαι* restituenda. Versus igitur secundum has emendationes sic legendi sunt:

Αὐτὸς γάρ σφιν ἔδωκε πατὴρ κλυτὸς Ἐννοσίγαιος
Ἀμφοτέροις· ἕτερον δ' ἑτέρου κυδίον' ἔθηκε.
Τῷ μὲν κουφοτέρας χεῖρας πόρεν, ἔκ τε βέλεμνα
Σαρκὸς ἑλεῖν τμῆξαί τε καὶ ἕλκεα πάντ' ἀκέσασθαι·
Τῷ δ' ἄρ' ἀκριβέα πάντα ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκεν
Ἄσκοπά τε γνῶναι καὶ ἀναλθέα ἰήσασθαι,
Ὅς ῥα καὶ Αἴαντος πρῶτος μάθε χωομένοιο
Ὄμματά τ' ἀστράπτοντα, βαρυνόμενόν τε νόημα.

Omnibus, quae mihi innotuerunt, locis [44]) Machaon et Podalirius filii non Neptuni, sed Aesculapii nominantur; praecipue a scholiast. ad Aristophan. Plut. 701. narratur, Machaonem, Podalirium, Jasonem, Panaceam et Aeglen filios Aesculapii et Lampetiae esse; contra a scholiast. Pindar. Pyth. III, 14. Podalirius et Machaon Aesculapii et Epiones filii nominantur. Arctinum igitur nullus seriorum scriptorum videtur secutus esse. In versu quarto eaedem medicinae, seu potius chirurgiae, quae apud Homerum [45]), partes: tela ex vulneribus excidere et vulneribus mederi. In sequentibus vero versibus medicinae pars, quae Homero incognita: *ἄσκοπα γνῶναι, μαθεῖν βαρυνόμενον νόημα.*

---

[43]) Sic Iliad. *α'*, 4. *δὲ ἑλώρια.* 19. *ἐρέουσα ἔπος.* 565. *κάθησο ἐμῷ.* 569. *καθῆστο ἐπιγν. β'*, 211. 216. 275. 315. etc. Thebaid. fragm. 2. vers. 9. Vid. J. H. Voss. ad Homeri hymn. in Demet. vers. 286. qui etiam de hiatu *ἀναλθέα ἰήσ.* conferri potest ad vers. 54. Iliad. *ε'*, 899. *ἀνώγει ἰήσασθαι.*

[44]) Iliad. *β'*, 732. *δ'*, 194. ibiq. Eustath. *λ'*, 519. Sophocl. Philoct. 309. Quint. Smyrn. *ζ'*, 60.

[45]) Iliad. *λ'*, 515. *ἰοὺς τ' ἐκτάμνειν, ἐπὶ τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν.* Cf. praecipue Eustath. ad Iliad. *λ'*, 514.

2.

Dionysii Halicarn. Antiqu. Rom. I, 69. pag. 174.: *Ἀρκτῖνος δέ φησιν ὑπὸ Διὸς δοθῆναι Δαρδάνῳ Παλλάδιον ἕν, καὶ εἶναι τοῦτο ἐν Ἰλίῳ, ἕως ἡ πόλις ἡλίσκετο, κεκρυμμένον ἐν ἀβάτῳ. εἰκόνα δὲ ἐκείνου κατεσκευασμένην μηδὲ ἓν τοῦ ἀρχετύπου διάφορον, ἀπάτης τῶν ἐπιβουλευόντων ἕνεκα, ἐν φανερῷ τεθῆναι, καὶ αὐτὴν Ἀχαιοὺς ἐπιβουλεύσαντες λαβεῖν.*

Haec narratio Arctini ad Trojae expugnationem pertinet, in qua Palladium primas egit partes. Omnino de Palladio multi scriptores loquuntur [46]), ut nihil adjiciendum sit.

Duo alia restant loca, quae ex cyclo, carminis nomine non addito, laudantur, et quae ex Arctini de Troja deleta carmine esse videntur.

3.

In Odysseae δ′, 274 sqq. Helenam ex Troja ad ligneum equum venisse narratur, ibi nomina principum Graecorum vocasse, vocesque feminarum Graecarum imitatam esse, qua imitatione multi Graecorum vehementer commoti fuerint. Tum vs. 286 pergit:

Ἄντικλος δὲ σέγ' οἷος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
ἤθελεν. ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζεν
νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιούς.

Ad vers. 285. in cod. Harlej. haec adnotantur: *ὁ Ἄντικλος ἐκ τοῦ κύκλου.* Videntur praecipue ea in cyclo fuisse, quae inde a vers. 285. usque ad vs. 289. leguntur. Notatu dignum est, Aristarchum,

---

46) Dionys. Halicarn. antiqu. R. I. p. 172. Pausan. I, 28, 9. Strabo lib. VI. Clement. Alexandr. cohort. p. 24. Tzetz. ad Lycophr. 355. Rabener. amoenitates historico-philologicae. Lips. 1695. p. 234—242. Heynius ad Apollodor. p. 744.

quem supra vidimus versum alium Homeri rejicientem, in quo nonnulla ex cyclo inerant, etiam hic Odysseae versus delevisse. Anticlum in equo ligneo fuisse, etiam Quintus Smyrn. XII, 317. narrat.

4.

Schol. Villois. ad Iliad. τ', 486.: *Πληϊάδας*] *αὗται δέ εἰσιν Ἄτλαντος καὶ Πληϊόνης θυγατέρες, ὧν τὰ ὀνόματα Μαῖα, Ταϋγέτη, Κελαίνη, Μερόπη, Ἠλέκτρα, Στερόπη, Ἀλκυόνη· Ἄτλας δὲ εἷς τῶν Γιγάντων, μιγεὶς Πληϊόνῃ, τῇ Ὠκεανοῦ, ἔσχε θυγατέρας ζ', αἳ τὴν παρθενίαν ἀγαπήσασαι συνεκυνήγουν τῇ Ἀρτέμιδι. θεασάμενος δὲ Ὠρίων, ἠράσθη, καὶ ἐδίωκε μιγῆναι βουλόμενος. αἱ δὲ περικατάληπτοι* (in MS. παρακατ—) *γενόμεναι, θεοῖς ηὔξαντο καταβαλεῖν τὴν φύσιν. Ζεὺς δὲ ἐλεήσας αὐτὰς καὶ διὰ τῶν ἄρκτων κατηστέρισεν, ὠνομάσθησαν δὲ Πληϊάδες ἀπὸ Πληϊόνης τῆς μητρὸς αὐτῶν. φασὶ δὲ Ἠλέκτραν οὐ* (haec vox in MS. deest) *βουλομένην τὴν Ἰλίου πόρθησιν θεάσασθαι, κτίσμα ὂν* (hae duae voces in MS. desunt) *τῶν ἀπογόνων, καταλιπεῖν τὸν τόπον, οὗ κατηστέρισεν, διόπερ οὖσας πρότερον ἑπτὰ, γενέσθαι ἕξ. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς* [47]).

Haec non omnia in cyclo, sed ultima tantum in Arctini Trojae vastatione fuisse videntur. Quintus Smyrnaeus Electram caligine et nubibus figuram suam circumdedisse narrat [48]).

---

[47]) Haec narratio etiam in schol. Leidens. (vid. Valcken. de schol. in Homer. ined. p. 117.) et aliis legitur.

[48]) XIII, 551.:

ἧς εἵνεκά φασι καὶ αὐτὴν
Ἠλέκτρην βαθύπεπλον ἑὸν δέμας ἀμφικαλύψαι
Ἀχλύϊ καὶ νεφέεσιν.

§. XIX.

Νόστοι.

Arctini de Troja deleta carmen; secundum Proclum sequebantur libri Augiae Troezenensis de reditu Graecorum, quo in argumento multi alii veterum occupati fuerunt scriptorum; laudantur enim *Clidemi νόστοι* [49]); laudatur ejusdem argumenti *Anticlidis* Atheniensis liber, qui maximi fuisse videtur ambitus [50]); scripsit *νόστους Lysimachus* Alexandrinus [51]); et carmina *Stesichori* et *Eumolpi* a veteri-

---

[49]) Apud Athenaeum lib. XIII. p. 609. c. ubi ex octavo libro fragmentum de reditu Pisistrati prosa oratione scriptum affertur.

[50]) Vide de Anticlide Clement. Alexandrin. cohort. ad gent. p. 36. ed. Potter. Voss. de historicis Graecis lib. III. p. 322 sqq. Fabricii bibliotheca Gr. Tom. II. p. 209. Schol. Venet. ad Iliad. η', 44. Suid. s. v. Ab Athenaeo lib. IV. p. 157. f. nonnulla ex ejus secundo libro narrantur de Hercule; in ejusdem libro XI. p. 466. c. fragmentum in prosa oratione scriptum ex ejus libro decimo et septimo de expeditione in Lesbum et Enali fatis legitur; imo in libro IX. p. 384. d. septuagesimus octavus liber laudatur, de qua librorum multitudine Casaubonus miratus est, et Schweighaeuserus putat, non singulos libros illis numeris significari, sed numerum *νόστων*, i. e. redituum virorum notabilium.

[51]) Ejus *νόστων* liber primus laudatur a schol. Pindar. Pyth. V, 108. (de Antenoridarum in Libyam adventu), liber secundus a schol. Apollon. Rhod. I, 558. (de origine Achillis); liber tertius ab Athen. IV. p. 157. c. ubi ab Lysimacho nonnulla e Mnaseae Europiacis de Phace, Ulyssis sorore, afferuntur. Ejusdem mentio etiam fit in schol. Pindar. Isthm. III (IV), 104. (de filiis Herculis et Megarae.) Ad eundem Lysimachum referendum, quod Eustath. ad Odyss. pag. 1796. habet: *κατὰ δὲ Λυσίμαχον υἱὸς αὐτῷ ἐξ Εὐίππης Θεσπρωτίδος Λεοντόφρων.* Apud Plutarch. de flumin. (Tom. II. p. 1160. a.): *καλεῖται δὲ Ἀδραστεία καθὼς ἱστορεῖ Πλησίμαχος ἐν Νόστοις*, legendum cum Vossio de histor. Graec. lib. III. p. 319. et Schweighaeusero comment. ad Athenaeum IV. pag. 157. *Λυσίμαχος.*

bus scriptoribus laudantur, quibus hoc idem nomen inditum erat [52]), quibus addendum carmen Augiae Troezenensis [53]), praeterea incogniti poëtae, quod in cyclum receptum erat. Pars tantum hujus carminis probabile est in cyclo epico locum habuisse, quum perpauca, quae mihi innotuerunt fragmenta, et quae nihilominus ad hoc carmen referenda esse videntur, cum iis, quae Proclus narrat, consentiant. Fragmenta haec sunt:

1.

Αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα,
Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι,
Φάρμακα πόλλ' ἔψουσ' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησι.

Salmas. ad Solinum p. 859. hoc fragmentum [54]) ad Eumeli Corinthiaca, Weichert. de Apollon. Rhod. pag. 200. ad Eumolpum, vel Eumelum refert. In versu tertio Wolfius mutavit lectionem et dedit *ἐνὶ χρ.* — *ἐπὶ* tamen magis mihi placet, et eodem modo, quo hic legitur *ἐπὶ χρυσείοισι*, ubi fortasse *ἐνὶ* exspectas, dicitur *ἐπὶ φρεσὶ* Iliad. *Θ'*, 218. etc.

---

[52]) Stesichori *νόστων* mentio in epistola Pseudophalaridos; Eumolpi in schol. Pindar. Olymp. XIII, vs. 31. *ποῦ δὲ ἀλλαχοῦ ἡ μουσικὴ ἀνθεῖ καὶ τὰ πολεμικά; τοῦτο δὲ διὰ τὸν Εὔμολπον ὄντα Κορίνθιον καὶ γράψαντα νόστον τῶν Ἑλλήνων.* Cujus libri quum nullo alio loco mentio fiat, Gyraldus de poëtar. histor. dialog. 3. et Salmas. ad Solin. p. 859. *Eumelus* legere volunt. Sed neque Eumeli liber *νόστοι* ab ullo veterum scriptorum laudatur. Haud igitur scio, quid de hoc Eumolpo ejusque libro statuendum sit. Boeckh. vulgarem lectionem retinuit.

[53]) Ab Eustathio ad Odyss. p. 1796. auctor *νόστων*, non addito ejus nomine, Colophonius nominatur.

[54]) Debemus hos versus schol. Eurip. in argumento Medeae, ubi haec leguntur: *Φερεκύδης δὲ καὶ Σιμωνίδης φασὶν, ὡς ἡ Μήδεια ἐψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ποιήσειε. περὶ δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Αἴσονος ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας φησὶν οὕτως* etc. Schol. Aristophan. Equit. vs. 1332. eosdem affert sub nomine *τοῦ τοὺς νόστους ποιήσαντος.*

2.

Pausan. X, 29, 2.: *Παρὰ δὲ τὴν Θυίαν Πρόκρις τε ἔστηκεν, ἡ Ἐρεχθέως, καὶ μετ' αὐτὴν Κλυμένη· ἐπιστρέφει δὲ αὕτη τὰ νῶτα ἡ Κλυμένη. ἐστὶ δὲ πεποιημένα ἐν Νόστοις, Μινύου μὲν τὴν Κλυμένην θυγατέρα εἶναι, γήμασθαι δὲ αὐτὴν Κεφάλῳ, τῷ Δηΐονος, καὶ γενέσθαι σφίσιν Ἶφικλον παῖδα.*

In his auctor *Νόστων* ab iis, quae de Iphicli patre ceteri scriptores narrant, recedit. Nam secundum Hesiodum [55]) Minyas filiam habuit Clymenen, quae a conjuge Phylaco filium Iphiclum [56]) partu edidit. In omnibus omnino locis, quibus de Iphicli origine agitur, nunquam Cephali mentio fit; Clymene vero nostri fragmenti Periclymene vel Eteoclymene a Stesichoro nominatur [57]). Quocunque modo se res habet, hoc fragmentum una cum antecedenti ad res Argonauticas referendum est [58]); in Procli vero excerptis nulla de Argonautis mentio fit. Puto igitur, etiam hunc *Νόστων* librum non integra sua forma in cyclum receptum fuisse. Is enim, qui varia carmina epica ita conjunxit, ut unum quasi corpus effecerint, rejecit h. l., quia cum rebus Trojanis conjungi non potuit, hujus carminis partem, quae ad res Argonautarum pertinuit.

3.

Pausan. X, 28, 4.: *Ἔστι δὲ ἀνωτέρω τῶν κατειλεγμένων Εὐρύνομος. δαίμονα εἶναι τῶν ἐν Ἅιδου φασὶν οἱ Δελφῶν ἐξηγηταὶ τὸν Εὐρύνομον, καὶ ὡς*

---

[55]) Hesiod. apud schol. ad Odyss. λ', 326. pag. 379. Buttmann.

[56]) Aliud stemma vid. in schol. Apollon. Rhod. I, 230.

[57]) Schol. Apollon. Rhod. I, 230.

[58]) Neque ab Hesiodo, neque a Pherecyde Iphiclus inter Argonautas relatus fuit. Schol. Apollon. Rhod. I, 45.

τὰς σάρκας περιεσθίει τῶν νεκρῶν, μόνα σφίσιν ἀπολείπων τὰ ὀστᾶ. ἡ δὲ Ὁμήρου ποίησις ἐς Ὀδυσσέα, καὶ ἡ Μινυάς τε καλουμένη, καὶ οἱ Νόστοι (μνήμη γὰρ δὴ ἐν ταύταις καὶ Ἅιδου καὶ τῶν ἐκεῖ δειμάτων ἐστὶν) ἴσασιν οὐδένα Εὐρύνομον δαίμονα.

Mirabile certe est, in excerptis Procli ex carmine de Graecorum reditu vix uno verbo de Ulyssis reditu commemorari, quum ejus a capta Troja errores omnium celebratissimi sint. Concedo quidem, multa omittenda fuisse, ubi quinque librorum argumentum vix unius paginae spatium impleat; sed omnino errores Ulyssis omissi sunt, et in reditu Neoptolemi eorum tantum mentio injicitur. Omissa vero, quae ad Ulyssem pertinent, videntur in ea hujus carminis parte, quae in cyclo erat, quod peculiare de Ulyssis reditu carmen, Odyssea, receptum erat, in quo sine ullo dubio melius res expositae sunt, quam in hoc Augiae carmine. Ad hanc omissam partem etiam videntur referenda esse, quae h. l. de Tartari terroribus narrantur, nam pertinent, ut equidem puto, ad Ulyssis ad inferos descensum, quem, serius factum, in Thracia Neoptolemo nondum narrare potuit. Quippe ab Ilio Ulysses ad Cicones eorumque urbem Ismarum venit, inde autem profectus, multa mala perpessus, in Orcum descendit. Quorum omnium ne uno verbo quidem mentio in Procli excerptis fit; qua re commotus id, quod dixi, statuendum esse puto. Praeterea Eurynomus daemon certe cuique in memoriam revocat fabulas Vampyrorum [59]).

4.

Pausan. X, 30, 2.: Ὑπὲρ τούτους Μαῖρά ἐστιν

[59]) Vid. adnotationes ad versionem Germanicam narrationis Byronii inscriptae: der Vampyr.

ἐπὶ πέτρᾳ καθεζομένη. περὶ δὲ αὐτῆς πεποιημένα ἐστιν ἐν Νόστοις, ἀπελθεῖν μὲν παρθένον ἔτι ἐξ ἀνθρώπων, θυγατέρα δὲ αὐτὴν εἶναι Προίτου, τοῦ Θερσάνδρου, τὸν δὲ εἶναι Σισύφου.

Νόστων auctor cum Pherecyde [60]) non consentit; nam secundum eum eosdem quidem parentes Maera habet, sed ab Jove filium Locrum, qui cum Amphione et Zetho Thebas condidit, partu edit.

5.

Apollodor. II, 1, pag. 87. ed. Heyn.: *Πρὶν δὲ τελευτῆσαι, ἔγημεν (Ναύπλιος), ὡς μὲν οἱ Τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην, τὴν Κατρέως· ὡς δὲ ὁ τοὺς Νόστους γράψας, Φιλύραν· ὡς δὲ Κέρκωψ Ἡσιόνην· καὶ ἐγέννησε Παλαμήδην, Οἴακα, Ναυσιμέδοντα.*

Nauplius cujus h. l. mentio fit diversus a Nauplio est, filio Neptuni et Amymones, a quo ortus est Nauplius Argonauta [61]). Nauplius, de quo Apollodorus loquitur, videtur ab utroque diversus fuisse. Cujus filium Palamedem quum Graeci duces ad Trojam interfecissent, poenam variis modis sumsit; nam partim uxores ducum, nuntiis de eorum perfidia, ad adulterium adducere studuit [62]), partim ad alias res [63]). Ad reditum Graecorum alia spectat narratio apud Hygin. 116. Quum Graeci a diruta Troja redirent, tempestateque multae naves essent deletae, nocte Nauplius in promontorio Euboeae ignem incendit, quo illi decepti ibi portum esse putabant, et

---

[60]) Apud schol. ad Odyss. λ', 326.

[61]) Haud recte hic in schol. Flor. ad Apollon. I, 134. Archaei filius nominatur. Ἀρχαίου enim in ἀρχαίου mutandum et legendum ἀπόγονος τοῦ ἀρχαίου scil. Ναυπλίου. Cf. schol. Paris. ad eund. loc.

[62]) Schol. Lycophron. 386.

[63]) Eustath. ad Odyss. I, 328. XI, 84.

scopulis illisi in litusque ejecti ab Nauplio et ejus filiis interficiuntur [64]).

6.

Schol. ad Odyss. δ', 12. ed. Buttmann.: *Λΰτη, ὡς μὲν Ἀλεξίων Γῆρι, ὡς δὲ ἔνιοι θυγάτηρ τινὸς Ζευξίππου, ὡς δὲ ὁ τῶν Νόστων ποιητὴς, τὸ τῆς δούλης κύριον ὄνομα. φασὶ δὲ μηδέποτε λέγειν τὸν ποιητὴν δούλην θεράπαιναν.*

Hoc Ambrosiani cod. scholion corruptum partim ex scholio ejusdem codicis, quod praecedit, emendari potest, partim ex Apollodoro [65]), apud quem *Πιερίς* servae nomen proprium, cui nomen *Τηριδάη* ex Acusilai libro opponitur. In litteris scholii *Γῆρι* mihi nomen *Τηριδάη* inesse videtur [66]), quae secundum nonnullos [67]) filia Zeuxippi fuit. Secundum auctorem *Νόστων* vero *δούλη* non, ut apud Homerum, nomen appellativum erat: *serva*, sed nomen proprium, et videntur apud Homerum quoque nonnulli hoc vocabulum sic interpretati esse, quum *δούλη* nusquam apud Homerum servam significet.

7.

Eustathius ad Odyss. p. 1796.: *Ὁ δὲ τοὺς Νόστους ποιήσας Κολοφώνιος Τηλέμαχον μέν φασι τὴν Κίρκην ὕστερον γῆμαι, Τηλέγονον δὲ τὸν ἐκ Κίρκης ἀντιγῆμαι Πηνελόπην.*

---

[64]) Schol. Euripid. Orest. 422. Dictys lib. VI, init. Fabric. bibl. Gr. T. II, 17, 3.

[65]) Apollodor. III, 11, 1. *Μενέλαος μὲν οὖν ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην ἐγέννησε, καὶ κατά τινας Νικόστρατον. ἐκ δούλης Πιερίδος, γένος Αἰωλίδος, ἣ καθάπερ Ἀκουσίλαός φησι Τηριδάης Μεγαπένθη.*

[66]) Sic est enim saepius circumflexus compendii nota, ut *Δῆμ̃* pro *Δημοσθένης*. vid. Bast comment. palaeogr. p. 805.

[67]) Verba *ὡς δὲ ἔνιοι θυγάτηρ* etc. sic explicanda esse puto.

Secundum hoc fragmentum in *Νόστοις* mentio non solum de Ulyssis erroribus, sed de ipsa ejus morte rebusque serius gestis injecta esse videtur. Si haec narratio revera ex reditibus desumpta est, ultimum in iis, ultimum totius cycli, secundum argumentum ejus supra ex Photii bibliotheca adpositum, habebat locum, quem quum Telegonia teneret, videtur hoc fragmentum in cyclo epico non fuisse. Aliud, quod valde probabile est, non possum praeterire. Proclus in excerptis Telegoniae narrat, Telegonum uxorem Penelopen duxisse, Circen vero Telemachum, quae cum narratione ex reditibus ab Eustathio allata prorsus conveniunt. Fortasse igitur Eustathius errans hanc narrationem auctori *Νόστων* adscripsit. Pro *φασὶ* legas *φησί* [68]).

Sunt igitur multa *Νόστων* loca, quae meam de cycli compositione conjecturam probant, vel certe mihi probare videntur. Nam ponamus nonnulla fragmenta, quae secundum Procli excerpta locum in hoc carmine habere non possunt, excursibus et episodiis adscribenda esse, vel ex aliorum libris de reditibus desumpta esse, tamen ex fragmentis primum, secundum, tertium et septimum non possum cum *Νόστοις* conjungere.

§. XX.

Odyssea cyclica.

Semper viri docti, utrum Homeri carmina in cyclum fuerint recepta necne, varia eaque haud improbabilia afferentes argumenta, inter se dissenserunt. Salmasius quidem in cyclum non recepta fuisse con-

---

[68]) Qua commutatione nihil frequentius. Vide Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. p. 237.

tendit, eamque ob causam locum Aristotel. Sophist. Elench. I. cap. 9, de quo supra §. XV. egi, emendat voc. *Ὁμήρου* in *Εὐμήλου* mutans, et saepius, gaudio emendationis elatus, ad eam correcturam revertitur [69]). Cui minime assentiens Heinsius Homerum et Hesiodum ait in cyclum receptos fuisse, et, ut Salmasius, sententiam veterum scriptorum testimoniis fulcit; qua de causa Schwartzius de cyclis §. 9. hanc rem ratione, qua certe nemini satisfacit, explicare aggressus est, sed, ut omnes viri docti, qui ante reperta chrestomathiae Proclianae fragmenta de cyclo epico scribebant, excusandus, et nunc quoque nonnullis locis, ut apud Photium [70]), Homerum cum Hesiodo cyclicis plane opponi, mirabile videri potest. Quae res explicatu facillima est. Proclus enim postquam de Homero, Hesiodo, ceteris egerat, ad cyclicos transgressus est, ubi tantum dixerat, quem inter eos Homeri carmina locum tenuerint, idque Photius suis verbis vult. Sin aliis etiam in locis Homerus cyclicis opponitur, eo factum est, quod nemini non Homerus notus esset, dum plurimi ceterorum cyclicorum poetarum non ab sua praestantia atque virtute alicujus pretii essent, sed quum ab rebus narratis, tum quod in illam collectionem, quae cyclus nominabatur, eorum carmina essent recepta. Homeri vero Odysseam in cyclo locum habuisse duabus praecipue clarum est rebus. Nam primo in excerptis Procli legitur *μετὰ ταῦτά ἐστιν Ὁμήρου Ὀδυσσεία*, quo claris verbis ad cyclum refertur. Tum in duobus scholiorum Harlejanorum locis *ἡ κυκλικὴ Ὀδυσσείας ἔκδοσις* laudatur, et in

---

[69]) Sic pag. 85o. p. 854. col. I. A. pag. 857. fin. pag. 859. col. II. B.

[70]) Vid. supra Pars II. §. 2.

schol. quidem ad Odyss. π′, 191. ἡ κυκλικὴ, θέλγεις et ad ρ′, 25. ὑπηοίη] ἡ κυκλικὴ, ἐπηοίη, quam Odysseae editionem Boeckhius eandem esse putat, quae cum cyclicis poëtis circumferebatur. Heinrichius quidem [71]) v. κυκλικὴ „de textu tralaticio, vulgari lectione“ intelligit, et idem valere putat, quod ἡ κοινή. Sed ponamus, quod Heynius dicit [72]), et quod Heinrichius probat, ut probandum est, verum esse „*nunquam tale corpus poetarum aliter confectum esse, quam ut grammaticus aliquis eorum recensum seu indicem fecerit*;“ tamen inde non efficitur, ut Boeckhii conjectura falsa sit. Nam si causam, qua Heinrichius locum ex Heynii excursu affert, recte intelligo, haec est, potius nomine ejus grammatici, qui Odysseam illam recensuerit, lectiones Odysseae in cyclum receptae laudari debuisse, quam adposito nomine: ἡ κυκλική. Quod si vult, errat, nam etiam Μασσαλιωτικὴ, Ἀργολικὴ, Αἰολὶς ἔκδοσις laudatur, quae etiam potius nomine illius, qui eas describendas curaverit, laudandae essent; imo invenitur κυκλικὴ Θηβαΐς, de qua supra jam egi.

Ut igitur in his cum Heinrichio consentire non possum, sic etiam in alius eorumdem scholiorum ad eandem rem pertinentis loci interpretatione. Ad Odysseae enim librum δ′, vers. 248. haec adnotantur: Δέκτῃ] Οὐ κυκλικῶς τὸ δέκτῃ, ὀνομαστικῶς δ' ἀκούει, παρ' οὗ φησι τὸν Ὀδυσσέα τὰ ῥάκη λαβόντα μετημφιᾶσθαι. ὃς οὐκ ἦν ἐν ταῖς ναυσὶ τοιοῦτος, οἷος ὁ Ὀδυσσεὺς ἀχρεῖος. Ἀρίσταρχος δὲ δέκτῃ μὲν ἐπαίτῃ, τὸ δὲ οὐδὲν τοῖος ἔην, τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον, ὃς οὐκ ἦν τοιοῦτος ὁ Ὀδυσσεὺς, ἀλλ' ἐνδοξότατος καὶ μεγαλοπρεπέστατος, ἴκελος δὲ τῷ ἐπαίτῃ. Heinrichius

---

[71]) In editione Buttmanni illorum scholiorum pag. 574.

[72]) In excurs. ad Virgil. Aen. II, 297.

hic v. *οὐ κυκλικῶς* de re, quae fiat, vel de verbo, quod usurpetur, more non tralaticio dictum esse putat. Mihi haec significatio, quum *δέκτης* rarum vocabulum sit, quod more vulgari usurpatum esse dici non possit, quum omnino vulgaris usus non sit, inesse non videtur. Locus potius emendandus est ex Eustathii ad eundem locum commentario pag. 1494. ed. Rom., ubi haec leguntur: *Δέκτην δὲ Ἀρίσταρχος μὲν τὸν ἐπαίτην λέγει, παρὰ τὸ δέχεσθαι. ὁ δὲ κυκλικός φασιν, ἤγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητὴς, ὀνοματικῶς ἀκούει τὴν λέξιν. Δέκτην τινὰ κατὰ κυριολεξίαν εἰπὼν, παρ' οὗ τὸν Ὀδυσσέα λαβόντα τὰ ῥάκη ἀμφιβαλέσθαι.* Quo in loco quum clarius et pluribus verbis dictum sit, quod in illo tantum indicatur, puto illum locum ex hoc bene emendari posse. Pro vv. *οὐ κυκλικῶς* itaque lego *ὁ κυκλικὸς*, et Dionysium cyclographum intelligo, deleto *δ'* ante *ἀκούει* locum ita vertens: Cyclicus vocem *δέκτης* pro nomine proprio habet, sive interpretatur, a quo viro Ulyssem pannos accepisse et induisse dicit. *Ἀκούω* h. l. significat: interpretor [73]); *ὀνομαστικῶς*, vel potius *ὀνοματικῶς* [74]) me recte intellexisse aliis veterum grammaticorum testimoniis probatur, ubi eodem modo *ὀνοματικῶς* de nomine proprio usurpatum est [75]). In quarto vero loco interpretando cum Heinrichio consentio. Scholiasta enim ad Odyss. *η'*, 115. *οὐ κυκλικῶς*, inquit, *τὰ ἐπίθετα προσέῤῥιπται, ἀλλ' ἑκάστου δένδρου τὸ ἰδίωμα διὰ τοῦ ἐπιθέτου προστετήρηται.*

---

[73]) Vid. Stephan. Thes. I. p. 285. f.

[74]) Vid. de hac commutatione Schaefer. ad Gregor. Corinth. pag. 592. 698.

[75]) Apollon. Sophist. Lexic. Hom. pag. 25. ed. Toll. *ποτὲ δὲ σημαίνει καὶ ἔθνος (Ἀγαυοὶ) ὀνοματικῶς οὕτω λεγόμενον.* Secundum haec *κυριολεξία* non est propria significatio vocabuli, sed *κατὰ κυριολ.* est: ita ut nomen proprium sit.

Hic inest sensus: Non, ut saepius fiat, h. l. epitheta esse posita, sed id, quod cuique fructui proprium sit, epithetis significari.

§. XXI.

Telegonia.

Telegonia, quae ultimum in cyclo locum tenebat, haud saepe lecta fuisse videtur, quum ejus unum tantum mihi notum sit fragmentum. Ab omnibus fere antiquitatis scriptoribus Eugamoni, vel ut alii scribunt, Eugammoni Cyrenaeo attribuitur Olymp. LIII. viventi[76]), qui etiam, narrante Clemente Alexandrino[77]), auctor vel potius fur Musaei libri de Thesprotis fuit, quem ab Musaeo scriptum suo nomine edidit. Hieronymus in chronico[78]), sive hanc eandem, sive aliam, Cinaethoni adscribit Telegoniam[79]).

Unum tantum hujus libri fragmentum inveni apud Eustath. ad Odyss. pag. 1796. *Ὁ δὲ τὴν Τηλεγονείαν γράψας Κυρηναῖος ἐκ μὲν Καλυψοῦς Τηλέ-*

---

[76]) Euseb. in chronic. can. ad Olymp. *ΝΓ*, 3. *Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος ὁ τὴν Τηλεγονίαν ποιήσας ἐγνωρίζετο.* Ejusdem Chronic. lib. I, sub Macedonum regibus Philippo, Aëropa et Alceta pag. 43. *Εὐγάμων, ὁ Κυρηναῖος ὁ τὴν Τηλεγονίαν ποιήσας ἐγνωρίζετο.* Cf. Hieron. ad Olymp. LIII. et Syncellus pag. 239. ubi eadem fere leguntur.

[77]) Stromat. VI. p. 751. ed. Potter.: *καθάπερ Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρώτων βιβλίον ὁλόκληρον, καὶ Πίσανδρος Καμιρεὺς Πισίνου τοῦ Λινδίου τὴν Ἡρακλείαν.* Cf. tamen de hoc furto Eugamonis Passow. ad Musaeum pag. 56. Eusebius praeparat. evangel. X. cap. 1. qui eadem habet, atque Clemens, scribit *Εὐγράμμων ὁ Κυρηναῖος.*

[78]) Hieron. chronic. lib. poster. ad Olymp. V, 3.: „Cinaethon Lacedaemonius, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur."

[79]) De ceteris Cinaethonis operibus vide Heeren. biblioth. ant. litter. et art. fascic. IV. p. 57.

γονον υἱὸν Ὀδυσσεῖ ἀναγράφει ἢ Τηλέδαμον, ἐκ δὲ Πηνελόπης Τηλέμαχον καὶ Ἀρκεσίλαον.

§. XXII.

Fragmenta, quorum sedes incerta est.

Nonnulla fragmenta, quae sine auctoris et carminis, ad quod pertineant, nomine non nisi ex cyclo laudantur, praeterire non possum.

1.

Schol. Villois. ad Iliad. *γ'*, 242.: *Ἑλένη ἁρπασθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἀγνοοῦσα τὸ συμβεβηκὸς μεταξὺ τοῖς ἀδελφοῖς κακὸν, ὑπολαμβάνει δι' αἰσχύνης αὐτῆς μὴ πεπορεύεσθαι τούτους εἰς Ἴλιον, ἐπειδὴ πρότερον ὑπὸ Θησέως ἁρπάσθη, καθὼς προείρηται· διὰ γὰρ τὴν τότε γενομένην ἁρπαγὴν Ἀφύδνα* (leg. *Ἀφίδνα*) *πόλις Ἀττικῆς πορθεῖται, καὶ τιτρώσκεται Κάστωρ ὑπὸ τοῦ Ἀφίδνου, τοῦ τότε βασιλέως κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν. οἱ δὲ Διόσκουροι, Θησέως μὴ τυχόντες, λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀφίδνας. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἢ τοῖς Κυκλικοῖς, καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμανι τῷ λυρικῷ.*

Plura huc pertinentia Plutarchus in vita Thesei habet (cap. 32.), ubi etiam ab hac narratione, quae in cyclo epico locum habuit, recedentia leguntur [80]); omnino Stesichorus multa in Helenae historia mutasse videtur, aliaque quam vulgari ratione narrasse [81]). Haec fortasse ex Cypriis carminibus, vel ex carmine de Trojae excidio desumta sunt.

2.

Schol. Villois. ad Iliad. *ψ'*, 660.: *Φόρβας ἀνδρειότατος τῶν καθ' αὑτὸν γενόμενος, ὑπερήφανος δὲ,*

---

[80]) Cap. 34. cf. Pausan. Corinth. c. 22, 7.

[81]) Vid. Pausan. l. l.

πυγμὴν ἤσκησεν, καὶ τοὺς μὲν παριόντας ἀναγκάζων ἀγωνίζεσθαι, ἀνῄρει· ὑπὸ δὲ τῆς πολλῆς ὑπερηφανίας ἠβούλετο καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς τὸ ἴσον φρόνημα ἔχειν. διὸ Ἀπόλλων παραγενόμενος, καὶ συστὰς αὐτῷ, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὅθεν ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς πυκτικῆς ἔφορος ἐνομίσθη ὁ θεός. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς.

Dicere non possum, quem haec narratio in cyclo locum habuerit.

3.

Schol. Ambrosian. ad Odyss. β', 120.: Ἡ Τυρώ] Σαλμωνέως θυγάτηρ· ἔσχε δὲ παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος Νηλέα καὶ Πηλίαν. Ἀλκμήνη Ἠλεκτρυῶνος. Μυκήνη Ἰνάχου θυγάτηρ καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ, ἧς καὶ ἀριστερὸς (Buttmann: „scr. Ἀρέστορος") Ἄργος, ὡς ἐν τῷ Κύκλῳ φέρεται.

Tyro, filia Salmonei, a Neptuno mater Peliae et Nelei [82]). Melia, filia Oceani, uxor Inachi, quorum filii Aegialeus et Phoroneus Apollodoro referente lib. II, 1, 1. Mycenes ibi nulla mentio. Pausanias tamen lib. II, 16, 3. perhibet, in magnis Eoeis narratum fuisse, Mycenen filiam Inachi, uxorem Arestoris esse. Secundum Apollodorum l. l. Acusilaus Argum et Inachum filios esse Jovis et Niobes dixerat. Videmus etiam hic, ut jam supra, magnas Eoeas valde cum narrationibus ex cyclo allatis consentire.

---

82) Odyss. λ', 235.

EXCURSUS PRIMUS.

DE VERSIBUS SPONDIACIS.

In parvae Iliadis fragmento sexto versum sic se habentem: *δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης* correxi, cujus correctionis rationes et argumenta nunc exponenda sunt.

Omnes epici, tam antiquissimi quam recentioris aevi, ut acritas versuum heroicorum frangatur, dactylis spondeos omnibus in sedibus haud raro admiscuerunt, idque minime raro etiam in quinto pede fecerunt, ita tamen ut certas in spondeorum usu regulas sequerentur. Nam quum quisque concedet non bonis esse versum adnumerandum, cujus pedes singuli et vocabula saepius una finiuntur (ut Iliad. *δ'*, 455. *Τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.*), tum nemo erit, qui repugnet, praecipue eum versum esse malum, cujus in fine duo vocabula bisyllaba, quae ex spondeis constant, reperiuntur, eamque ob causam veteres duabus spondiacis vocibus bisyllabis versum finire evitarunt. Sed aliae etiam regulae sunt, quas nunquam non sequuntur, quas ut proponere possim, omnes epici Graeci in tres, vel potius quatuor dividendi sunt classes, quarum prima poetas antiquissimos, Homerum, Hesiodum et Homeridas, itaque etiam Cyclicos amplectitur. Secunda classis doctos Alexandrinos poëtas continet, et inter

hos, quum omnium didacticorum versus magis ex dactylis, quam spondeis constent, praecipue ad Callimachum, Apollonium Rhodium, Quintum Smyrnaeum respiciendum. In tertia classi Nonnus ejusque sectatores Proclus, Musaeus, Tryphiodorus, Coluthus, Paullus Silentiarius, Joannes Gazaeus ponendi sunt. Ab omnibus his poëtis mirum quantum Tzetzes recedit, eamque ob causam de eo separatim agendum erit.

Prima classis.

Apud omnes hujus classis poëtas saepissime versus spondiaci (imo integri versus ex spondeis compositi, cf. Hermann. elem. doctr. metr. p. 349.) inveniuntur, quorum de natura agere si volumus, iterum versus in varias dividendi sunt classes. Exeunt igitur versus

1) in vocem quatuor vel plurium syllabarum, et nonnunquam etiam tertius et quartus pes spondeus est. Od. φ′, 113. *ἐγὼ τοῦ τόξου πειρησαίμην*. 149. *στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰὼν, καὶ τόξου πειρητίζων*. Saepius tamen utroque loco, vel uno tantum dactylus ponitur. Od. β′, 325. *ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει*. 180. *ταῦτα δ' ἐγὼ σέο πολλὸν ἀμείνων μαντεύεσθαι*. Od. α′, 102. *βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα*. Hymn. 2, 546. *πιθήσας οἰωνοῖσιν*. cf. Od. η′, 106. π′, 213. saepissime tamen quartus pes dactylus est. Iliad. α′, 384. Od. γ′, 91. 318. δ′, 443. Hymn. 4, 25. 162. 238.

His versibus in quatuor vel plurium syllabarum vocem exeuntibus adnumerandi sunt, qui enclitica, quam trium vel plurium syllabarum vox praecedit, finiuntur; nam quum enclitica eodem, quo praecedens vox accentu pronuntietur, unam cum ea quasi

vocem facit. Ad hanc igitur classem versus referendi sunt, quorum in fine voces leguntur *φώνησέν τε* (Iliad. *α'*, 330. Od. *δ'*, 370. *η'*, 308 et cet.), *τάρβησέν τε* (Iliad. *β'*, 268.), *ἀφνειοί τε* (Hesiod. op. 306.), *Ἠλέκτρη τε* (Hesiod. Theog. 348.), *Εὐρώπη τε* (Hesiod. Theog. 357.), *ἐσθῆτός τε* (Odyss. *α'*, 165.) et similes.

Haec de versibus in quatuor syllabarum vocem exeuntibus cumque his conjungendis dicere sufficiant, et ad versuum secundum ordinem nunc transibo, ad versus

2) in vocem trium syllabarum exeuntes, quibus adjungendi sunt in ultimo loco encliticam habentes, quam vox bisyllaba praecedit, ut *Τρῶές τε* (Iliad. *β'*, 123. *ε'*, 862. *η'*, 65.), *δεινόν τε* (Od. *γ'*, 322.), *χρυσόν τε* (Od. *γ'*, 274.), *ξείνων τε* (Od. *ι'*, 270.), *Φθίην τε* (Od. *λ'*, 496.), *κρῆναί τε* (Od. *ε'*, 170.). In hoc ordine omnino praecipue ad vocem respiciendum, quae vocabulum, in quod versus cadit, praecedit, quae est:

a) vox monosyllaba, aut potius bisyllaba, cujus posterior syllaba semper apostropho decurtata est. Hae duae voces, quum monosyllabae ultima littera arcte cum sequenti conjungenda sit, unam quasi duobus accentibus notatam vocem faciunt. Ex copia exemplorum haec praecipua afferam: *φῦλ' ἀνθρώπων* (Od. *γ'*, 282. *ο'*, 209. Hymn. 1, 161. 355. 537. Hesiod. op. 90. 330. 556. scut. 162. etc.), *ἐστ' ἀνθρώπων* (Od. *θ'*, 552.), *πῆμ' ἀνθρώπων* (Hes. Theog. 529.), *οὔτ'* et *οὐδ' ἀνθρώπων* (Iliad. *α'*, 548. *σ'*, 180.), *πόλλ' ἀνθρώπων* (Iliad. *σ'*, 551.), *περί τ' εἰμ' ἀνθρώπων* (Iliad. *θ'*, 27.), *ἔργ' ἀνθρώπων* (Od. *ζ'*, 259.), *ἔργ' εἰδυῖα* (Od. *ο'*, 418. *ν'*, 289. *ω'*, 278. Hes. Th. 264.), *κέδν' εἰδυῖα* (Od. *τ'*, 346. *υ'*, 57. *α'*, 428. Hom. hym. 1, 313. 3, 44. 133. 4, 195.), *καλ' εἰκυῖα* (Iliad. *ψ'*, 66.),

ἀλλ' εἰκυῖα (Hom. hymn. 3, 136.), *οὐδ' ἠβαιόν* (Iliad. *β'*, 380. 386. 393. Od. *γ'*, 14. *φ'*, 288.), *ἠδ' οἰωνούς* (Iliad. *β'*, 393.), *ὥστ' οἰωνοί* (Hymn. 4, 89.), *ὄφρ' ἰθύνοι* (Od. *ε'*, 255.), *ἴσ' ἄτῃσιν* (Hesiod. op. 350.), *κάλ' αἰζηῶν* (Iliad. *ε'*, 92.).

Secundum ea, quae supra de encliticis monui, versus Iliad. *ε'*, 395. *εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε* in trium syllabarum vocem exit, praecedente voce quatuor syllabarum (*Ἑλλάδα τε*); et versus Hesiod. op. 408. *ἔν τ' ἔννηφιν*, habet ante vocem trium syllabarum bisyllabam apostropho decurtatam.

b) Versus in trium syllabarum vocem cadit, praecedente bisyllaba voce, quae semper spondeus est. Sic: *θνητῶν ἀνθρώπων* (Od. *α'*, 219, et saepius Hesiod. op. 122. 291. Theog. 304. 887. Hom. hymn. 2, 144. 3, 35. 150. 4, 22.), *ἀμφὶ στήθεσσιν* (Iliad. *β'*, 388. 544.), *ἐν Κρήτῃ εὐρείῃ* (Od. *ν'*, 256. 260.), *Τροίῃ εὐρείῃ* (Od. *λ'*, 499.), *ἑεῖα ζώοντες* (Od. *δ'*, 805.), *ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης* (Iliad. *ε'*, 268.).

c) De versibus, in quibus ante vocem trium syllabarum versum claudentem trium vel plurium syllabarum vocabulum ponitur, hoc tantum adnotandum, in quarta sede fere semper dactylum poni; voces certe trium syllabarum semper anapaesti, nunquam (uno exemplo Iliad. *λ'*, 592. excepto: *σάκε' ὤμοισιν κλίναντες*) molossi. Sic Iliad. *β'*, 622. *κρατερὸς Διώρης*. *β'*, 575. *Ἑλίκην εὐρεῖαν*. *β'*, 535. *ἱερῆς Εὐβοίης*. — Iliad. *α'*, 250. *γ'*, 401. Hymn. 1, 42. 4, 310. *μερόπων ἀνθρώπων*. Hymn. 2, 33. *ὄρεσι ζώουσα*. Hymn. 1, 10. *δέπαϊ χρυσείῳ*.

3) Hi igitur allati versus in quatuor syllabarum vocem exeunt, vel si in vocem ex tribus syllabis constantem cadunt, certe bisyllaba, vel monosyllaba praecedit sic comparata, ut arctissimis cum sequenti

vinculis conjungatur. Praeterea versus aliter exeuntes inveniuntur, de quibus nunc agendum erit.

a) Habent voc. *παῖς*, *εὖ* vel contractam aliam vocem in quinti pedis thesi. His omnibus versibus medendum est syllaba contracta resoluta, quod in versibus, qui *παῖς* in quinta thesi habent, omnibus facere possumus. Nam haec vox non solum semper (paucissimis locis exceptis, vid. Hermann. ad Orph. p. XIV. sqq.) in duas syllabas solvi potest, sed jam nunc saepe soluta invenitur (vid. Hesiod. scut. 26. *ἐΰς παΐς Ἀλκαίοιο*. Iliad. *β'*, 713. *φίλος παΐς ἔνδεκα*. 819. *ἐΰς παΐς*.). Etiam seriores poëtae, ut Nonnus Nonnique sectatores semper formam *παΐς*, nunquam *παῖς*, usurpant, et ubi *παῖς* nunc apud eos inveniatur, indicia, *παΐς* scribendum esse, in oculos incurrunt *). Soluta igitur syllaba corrigendi sunt versus hi: *καὶ παῖς εἶης* (Iliad. *λ'*, 75.), *ἦ παῖς ἄφρων* (Iliad. *λ'*, 389.) etc. — Eadem medela versibus adhibenda, quorum quintam thesin v. *εὖ* facit, adverbium adjectivi *ἐΰς*, quod nunquam contrahitur, eamque ob causam mihi in quinta thesi semper *ἐΰ* scribendum esse videtur. Versus, quorum eo modo rhythmo subvenire possumus, creberrimi sunt; qua de causa praecipuos tantum apponam: *εὖ εἰδώς* et *εὖ εἴδω* (Od. *α'*, 302. 174. *γ'*, 200. *δ'*, 645. *η'*, 317. *ν'*, 232. *ξ'*, 186. Iliad. *α'*, 158. 515. *φ'*, 487.), *εὖ πᾶσαι* (Iliad. *σ'*, 52.), *εὖ εἶπω* (Iliad. *ξ'*, 127. Od. *α'*, 302.). Sic etiam versibus mederi possumus in trium syllabarum vocem cadentibus, quorum prima syllaba *εὖ* est. Sic: *οὐδ' εὐλείμων* (Od. *δ'*, 607, leg. *οὐδ' ἐϋλείμων*), *μετόπισθ' εὐεργέων* (Od. *δ'*, 695. *χ'*, 319.), *θαλάμων*

*) In paraphrasi Joannis cap. IX. pag. 95. ed. Spalding. *ὑμείων παῖς οὗτος* etc. legendum *παΐς*, quum Nonnus duos spondeos in hexametro nunquam conjungat.

εὐπήκτων (Od. ψ', 41.), νηῦς εὐεργής (Od. λ', 166.), Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων (Od. δ', 160.), ἠδ' εὐπηγής (Od. φ', 334.), εἰς Εὔβοιαν (Od. γ', 174. leg. Ἐὔβοιαν et cf. Od. η', 321.), ἀλλ' Εὐπείθει (Odyss. ω', 465. leg. Ἐὐπείθει et cf. vs. 469.). Horum versuum pars praeterea iis, quae supra No. 2, *a.* monui, defenduntur. Alius magnus versuum spondiacorum numerus contractam syllabam in quinta thesi habent, qua resoluta, quod semper fieri potest semperque faciendum, in eadem sede pyrrhichius ponitur. Sic: καὶ αἱ νηλιτεῖς εἰσιν (Od. π', 317. τ', 498.), leg. νηλιτέες εἰσίν, ut Od. ω', 171. ἐπιδευέες ἦμεν, non ἐπιδευεῖς legitur. — Ἠῶ δῖαν (Iliad. ι', 240. Od. ι', 151. 306. π', 368. τ', 342.), Ἠῶ μίμνειν (Iliad. ϑ', 560. Od. σ', 318.), Ἠῶ δ' αὖτε (Od. ψ', 243.), legendum Ἠόα δῖαν etc. Sic etiam versus in vocc. ἠῶϑι πρό (Iliad. λ', 50. Od. ε', 469. ζ', 26.) corrigendi. Porro: αἰδοῖ εἴκων (Iliad. κ', 238.) leg. αἰδόϊ; ἰδρῶ πολλόν (Iliad. κ', 574.) etsi accus. ἰδρόα apud alios scriptores non invenitur; ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρόν (Iliad. λ', 638.) leg. κνάε τυρόν. Fortasse etiam Iliad. β', 844. pro Πείρως ἥρως legendum Πείροος ἥρως.

b) Nonnulli versus inveniuntur, qui ante trium syllabarum vocem monosyllabam habent, et nihilominus corrigendi non sunt. Sic Iliad. δ', 149. ε', 870. λ', 266. Od. κ', 164. ω', 189. ἐξ ὠτειλῆς. Quum ἐξ proclitica sit, arcte cum voce ὠτειλῆς conjungitur, unamque cum ea vocem efficit, ut illi versus in quatuor syllabarum vocem exeant. Odyss. ξ', 133. ταχέες τ' οἰωνοί vocem trium syllabarum ante finientem habet, quae duae praeterea interjecta et apostropho decurtata enclitica arcte conjunguntur, unamque quasi efficiunt. Sic etiam defendendum Od. π', 216. ἀδινώτερον ἢ τ' οἰωνοί. Iliad. κ', 299. iterum duae voces apostropho conjunguntur: εἴασ' Ἕκτωρ.

c) Nonnulli versus verbis transpositis corrigendi sunt. Od. ρ′, 388. *χαλεπὸς περὶ πάντων εἶς μνηστήρων* leg. *χαλεπὸς εἶς μνηστήρων περὶ πάντων.* — Od. ξ′, 239. *χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις* corrigendum aut omissa particula *δὲ*, aut tertio loco posita (ut Hom. hymn. in Apollin. 333. Hesiod. op. 112. 46. Theog. 733.): *δήμου δ' ἔχε φῆμις*, aut *δήμου ἔχε φῆμις.* — Od. φ′, 90. *ἐτεθήπεας θυμῷ* legendum aut transpositis verbis *θυμῷ ἐτεθήπεας*, aut potius recepta scriptura a Porsono e cod. Harlejano enotata: *θηήσαο θυμῷ.* Hesiod. fragment. 50, 3. (ed. Gaisford.): *ἐννέα τοὺς κόρακας. δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας*, legendum: *ἐννέα μὲν κόρακας· φοίνικας δὲ δέκα ἡμεῖς.* Ad hunc numerum etiam versus sexti parvae Iliadis fragmenti referendus: *δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης*, emendandum, ut jam monui, *κοίλης δρυὸς ἄμφω.*

d) In quartam refero classem versus, quorum mihi medela non praesens est, quos ea de causa indicatos tantum esse volo. Homer. Od. ε′, 264. *καὶ λούσασα.* Od. δ′, 604. *εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν.* Od. μ′, 64. *λὶς πέτρη.* Od. ν′, 152. *καθήρατε δὲ κρατῆρας.* Od. τ′, 173. *ἐν δ' ἄνθρωποι.* — Od. ρ′, 208. *ὑδατοτρεφέων ἦν ἄλσος* corrigi quidem toto versu transposito potest: *ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄλσος ἔην ὑδατοτρεφέων αἰγείρων*, sed haec nimis audax mutatio manum correctricem retinet. Duo praeterea exempla adjicienda, quorum prius (Iliad. ψ′, 743. *εὖ ἥσκηται*) ex libro est numeris multum ab aliis Homeri libris recedenti (cf. Hermann. ad Orphic. p. 687.) *). Secundum (Iliad. κ′, 438. *εὖ ἥσκηται*) ex libro fortasse non Homerico. Vid. schol. ad primum illius libri ver-

*) In hoc libro vers. 743. v. *Σίδονες* primam syllabam correptam habet, in omnibus ceteris libris productam. cf. Iliad. ζ′, 290. 291. Od. ν′, 285. 424. δ′, 84. 618. ο′, 118.

sum. Nihilominus uterque liber in hoc, de quo agimus, aevum referendus, eamque ob causam auctor eas, quas ceteri Homeridae regulas, sequitur, et utroque loco sine dubio corrigendum.

4) Quartam classem adjiciam necesse est versuum, qui exeunt in monosyllabam vocem praecedente vocabulo trium syllabarum. Etsi nihil de his adnotandum est, quum in eorum quoque duobus ultimis pedibus vox et pes non simul finiantur; tamen id in memoriam revocatum volo, versus, qui in encliticam cadunt ob ea, quae jam supra monui, non in hanc classem esse referendos. Exempla haec sufficiant: *εὐρεῖα χθὼν* (Iliad. *ϑ'*, 150. Hymn. 2, 570. 4, 428. 472.); *νωμῆσαι βῶν* (Iliad. *ϑ'*, 238.); *ὄρνιθες ὣς* (Iliad. *β'*, 765. *γ'*, 2. etc.); *οἰωνῶν ὣς* (Od. *λ'*, 605.); *αἴγειρος ὣς* et similia.

Nunc transeam ad

Secundam classem,

ad Alexandrinos, qui in usu versuum spondiacorum certas regulas sequuntur. Versus enim exeunt

1) in quatuor vel plurium syllabarum vocem, et quartus pes fere semper dactylus est, raro tantum spondeus, ut apud Apollon. Rhod. I, 185. *ἀγανοῖ Μιλήτοιο.* 1297. *πυρὸς ὣς ἰνδάλλονται.* Orph. Arg. 154. *ἐρυμνῆς Μιλήτοιο.* Callimachus, Quintus Smyrnaeus, et Dionysius Periegetes in quarto pede semper, quantum equidem scio, dactylum ponunt.

2) Versus raro quidem, sed interdum tamen in vocem trium syllabarum cadunt, ante quam ponitur:

a) monosyllaba vox, vel potius bisyllaba, cujus syllaba posterior semper apostropho decurtata est. (Vid. supra prim. class. 2, *a*.). Hujusmodi versus

neque apud Apollonium Rhodium, neque apud Callimachum inveniuntur; Orpheus vero et Quintus Smyrnaeus eo tantum exitu versuum, qui apud Homerum receptus est, utuntur, v. c. Quintus Smyrn.: *φῦλ' ἀνθρώπων, ἠδ' οἰωνῶν* (lib. I, 644.); Orpheus 1117. *ἔργ' ἀνθρώπων*, quod unicum apud hunc poëtam exemplum.

b) Si vox bisyllaba integra ante trium syllabarum vocem in fine versus ponitur, semper spondeus, nunquam jambus est. Sic apud Quintum Smyrn. XIII, 402. *θνητῶν ἀνθρώπων*. Orph. Argon. 1007. *πάντων τ' ἀνθρώπων*. Igitur is exitus, qui jam apud Homerum minime rarus est.

c) Sin autem vox trium vel plurium syllabarum praecedit, quartus pes semper dactylus. Apollon. I, 24. 540. Quint. Smyrn. I, 750. II, 390. Callimach, hymn. I, 41.

In omnibus hujus periodi epicis carminibus unus tantum versus a regulis praepositis recedens invenitur et apud Apollonium Rh. quidem in Arg. I, 516.:

οὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κερασσάμενοι δὴ λοιβάς.

qui cum sex sequentibus versibus in prima hujus carminis editione non legebatur, sed eorum loco quatuor alii (vid. Schol.).

Tertia classis.

Nonnus Nonnique sectatores.

Nonnus ipse nunquam versus spondiacos usurpat, quem sequuti sunt Paulus Silentiarius (apud quem neque in descriptione magnae ecclesiae, neque in ambonis ecphrasi me ullum versum spondiacum invenire memini,) et Joannes Gazaeus (qui in tota tabulae mundi descriptione nullum spondiacum versum admisit). Reliqui poëtae, qui versibus spondia-

eis utuntur, in eorum quarto pede dactylum ponunt, et versus cadit in quatuor syllabarum vocem.

Proclus hymn. I, 29. *κακὰ ποροίνοντο.* II, 17. *κύμασι πεπτωκυῖαν.* V, 12. *πελάσσετε κεκμηῶτα.*

Tryphiodorus 21. *Ἕκτορος ἑλκυθμοῖσι,* 50. *τέλος ἠρτύναντο,* 85. *δρόμον ὁπλίζεσθαι,* cf. vers. 104. 125. 133. 178. 536. 341. 548. 581.

Coluthus 27. *ἄλσεα κενταύροιο,* 32. *Λητωϊὰς Ἀπόλλωνος,* 65. *ἤθελε λῃΐζεσθαι,* 69. *προσέννεπε Ἑρμάωνα.* Cf. vers. 72. 120. 154. 179. 194. 220.

Nunc tandem ad

Quartam classem

ad Tzetzam, qui suis Antehomericis, Homericis et Posthomericis ita a ceteris epicis recedit, ut eum ab omnibus sejungere necessarium sit. Saepe versus spondiacos usurpat, qui exeunt:

1) in vocem bisyllabam. Antehom. 8. *Σπάρτηθεν Τροίην,* 37. *τρίς τε δέκα καὶ ὀκτώ,* 205. *Παναίλληνες τὴν κουρὴν,* Hom. 431. *δὲ καὶ ταῦτα,* Posth. 226. *ἀπέβαινον ὦκα.*

2) in vocem trium syllabarum, in quibus versibus non, ut apud Homerum, spondeus praecedit, sed fere semper jambus. Homer. 113. *εἶλε πάϊς Τυδῆος,* Anteh. 55. *πολύμοχθος Ἄρης ἐκπέρσει,* 248. *φόβον χρησμοῖο.*

3) De versibus, qui in vocem plurium syllabarum exeunt, nihil adjiciendum, quum ex his jam satis appareat, eum sibi omnia concessa putasse.

4) Nonnulla tantum addere volo de versibus, qui in dactylum cadunt, ad quos deductus est duobus Homeri versibus Odyss. *ε',* 266. *ἐν δὲ καὶ ἤια* et Iliad. *ο',* 187. *τέκετο Ῥέα,* in quorum utroque ultima vox legendo contrahenda *ἤα* et *Ῥᾶ.* His igitur versibus deductus in sexto pede dactylum ponit, ut versus sit hexameter acatalectus, quorum eos tantum afferre volo, de quibus nemo dubitat, quum in duas vocales exeuntibus contractione succurrere possimus. Tales sunt: Antehom. 78. *ἀγίνεον ἐς Τροίην Πάριν.* Homer. 119. *Ἀτρείδης δ' Ἔλατον πέφνε.*

EXCURSUS SECUNDUS.

DE TABULA ILIACA.

(Vid. tabulam lapidi inscriptam.)

Non solum poëtae Graeci tam tragici quam lyrici epicos veteres sequuti sunt, vel ex eorum carminibus, ut ex fontibus uberrimis, hauserunt, cujus rei nonnulla attuli exempla; sed idem artifices fecerunt, qui toties illorum poëtarum, Homeri et cyclicorum, vestigia presserunt, ut illi ex his, hi ex illis explicari possint. Luculentum exemplum ex Pausaniae Graeciae descriptione notum est. Polygnotus enim picturis Delphorum leschen exornaverat, quam Pausanias describens cum veterum carminibus epicorum Polygnoti picturas confert lib. X, c. 25. sqq. Non aliter seriores Graecorum et Romanorum artifices versati sunt, qui saepissime ad Homerum refugerunt et hujus oculatissimi poëtae, quem nemo nisi caecus caecum habere potest, imagines ad naturam expressas pingendo vel sculpendo effinxerunt. Praecipue tempore imperatorum Romanorum multi id negotii sibi sumebant, ut argumenta singularum Homeri rhapsodiarum in operibus suis exprimerent. Quum non multa horum operum ex marmore, plurima ex arenato, sive tectoria mixtura essent, quam

Vitruvius describit [1]), pauca, vel potius nullum, integra ad nos pervenerunt, attamen multorum fragmenta. Sic parva pars alicujus tabulae ex marmore asservatur in Museo Borgiano Velitris, quam Heerenius in bibliotheca antiquae litt. et art. Gotting. Fascic. 4. p. 43 sqq. describit. Alteram tabulam Veronensem, in qua duae imaginum series restant ad Iliadem et Aethiopidem spectantes, Montefalconius (Antiquit. expliqu. Suppl. T. IV. Tab. LXXXIV.) delineatam dedit et Tychsenius [2]) descripsit. Tertiam Maffei delineandam curavit et explicuit in Museo Veronensi p. 468. 469, et Barthelemyus [3]) quintam dedit. Praeterea fragmenta inveniuntur apud Montefalconium [4]). Maxima omnium harum tabularum est, quam primus Raphaëlis Fabretti edidit et uberrime explicuit cum Syntagmate suo de columna Trajani, tum Visconti in Museo Pioclementino [5]), denique Millin [6]). Huic tabulae, quae non tam ab arte, quam ab argumento et inscriptionibus aestimanda est, inter parietinas templi apud Bovillas siti, quod Fabrettio videtur Neronem conditorem habere, circa annum MDCLXXX. inventae Archangelus Spagna Romanus locum in Museo suo dedit, ex quo in Museum Capitolinum translata est. In media tabula urbs Troja, muris circumdata, ut in omnibus similibus tabulis, conspicitur; marginem te-

---

[1]) 7, c. 3. Graecorum vero tectores, mortario collocato, calce et arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam, et ita ad certamen subacta, tunc utuntur.

[2]) Quint. Smyrnaeus praefat. p. LXXV.

[3]) Mémoires de l'Academie T. XXIV.

[4]) Antiquit. expl. suppl. T. IV.

[5]) T. IV. Tab. 68.

[6]) Galerie mythologique tab. CI.

nent figurae ad Homerum aliosque poëtas expressae, quarum una pars, ea continens, quae Homerus inde a secundo usque ad XII librum Iliadis narrat, interiit. Infra imaginem urbis Trojae inscriptio poëtarum, quorum sculptor carmina sequens tabulam finxit, his verbis indicat: *Ἰλίου πέρσις κατὰ Στησίχορον, Τρωϊκὸς, Ἰλιὰς κατὰ Ὅμηρον, Αἰθιοπὶς κατὰ Ἀρκτῖνον Μιλήσιον, Ἰλιὰς μικρὰ λεγομένη κατὰ Λέσχην Πυῤῥαῖον.* Fabretti primam hujus inscriptionis partem Latine sic interpretatus est: Ilii excidium secundum Stesichorum de bello Troico. At quum nullum hujus nominis carmen Stesichori notum sit, sed tantum *Ἰλίου πέρσις*, quum v. *Τρωϊκὸς* majoribus litteris quam cetera verba scripta sit, puto ad hanc vocem intelligendum esse substantivum vel *πίναξ*, vel *πόλεμος*, vel *κύκλος*, vel simile quid. Alia inscriptio columnae est, quam primum eo modo dare volo, quo eam Fabretti legit, tum ut mihi ex mea emendatione legenda esse videtur:

ΟΙΔ ΑΧΑΙΟΙ ΤΙΧΟΣ ΤΕ ΚΑΙ
ΤΑΦΡΟΝ ΠΟΙΟΥΝΤΑΙ ΠΕ
ΡΙ ΤΑΣ ΝΑΥΣ ΑΜΦΟΤΕΡ
ΩΝ Δ ΑΥΤΩΝ ΕΞΟΠΛΙΣ
ΘΕΝΤΩΝ ΚΑΙ ΜΑΧΗΝ ΕΝ ΤΩ
ΠΕΔΙΩ ΣΥΝΑΨΑΝΤΩΝ ΟΙ
ΤΡΩΕΣ ΕΙΣ ΤΟ ΤΙΧΟΣ ΤΟΥΣ
ΑΧΑΙΟΥΣ ΚΑΤΑΔΙΩΚΟΥΣΙΝ
ΚΑΙ ΤΗΝ ΝΥΚΤ ΕΚΕΙΝΗΝ ΕΠΙ
ΤΑΙΣ ΝΑΥΣΙΝ ΠΟΙΟΥΝΤΑΙ ΤΗΝ
ΕΠΑΥΛΙΝ ΤΟΙΣ ΔΕ ΤΩΝ ΑΧΑΙ
ΩΝ ΑΡΙΣΤΕΥΣΙΝ ΔΟΚΕΙ . . .
. . ΣΑΜΕΝΟΙΣ . . ΑΠΟΣ
ΤΕΙΛΑΙ ΠΡΟΣ ΑΧΙΛΛΕΑ Α
ΓΑΜΕΜΝΩΝ ΔΕ ΔΩΡΕΑΣ ΤΕ
ΠΟΛΛΑΣ ΔΙΔΩΣΙ ΚΑΙ ΤΗΝ
ΒΡΙΣΕΙΔΑ ΟΙ ΔΕ ΠΕΜΦΘΕΝ
ΤΕΣ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ ΟΔΥΣΣ
ΕΥΣ ΤΕ ΚΑΙ ΦΟΙΝΙΞ ΠΡΟΣ
ΔΕ ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΙΑΣ ΑΠΑΓΓΕ
ΛΛΟΥΣΙΝ ΑΧΙΛΛΕΙ ΤΟΥΣ ΛΟ
ΓΟΥΣ· ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΠΑΡ ΑΓ
ΑΜΕΜΝΟΝΟΣ ΟΔ ΟΥΤΕ ΠΡΟ
ΣΔΕΧΕΤΑΙ ΤΑΣ ΔΩΡΕΑΣ ΟΥ
ΤΕ ΣΥΝΔΩΡΕΙ ΔΙΑΛΥΣΑΜ
ΕΝΟΣ ΑΥΤΟΙΣ ΒΟΗΘΕΙΝ
ΟΙ Δ ΑΡΙΣΤΕΙΣ ΤΑΥΤ ΑΚΟΥ
ΣΑΝΤΕΣ ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΥΣ
ΠΕΜΠΟΥΣΙΝ ΟΔΥΣΣΕΑ ΚΑΙ
ΔΙΟΜΗΔΗΝ ΟΥΤΟΙ ΔΕ ΔΟΛΩ
ΝΙ ΣΥΝΑΝΤΗΣΑΝΤΕΣ ΥΦ ΕΚ
ΤΟΡΟΣ ΑΠΕΣΤΑΛΜΕΝΩ ΚΑΤΑ
ΣΚΟΠΩ ΠΥΘΟΜΕΝΟΙ ΠΑΡ ΑΥ
ΤΟΥ ΤΗΝ ΤΑΞΙΝ ΤΩΝ ΤΟ ΣΤΡΑΤ
ΟΠΕΔΟΝ ΦΥΛΑΣΣΟΝΤΩΝ ΑΥ
ΤΟΝ ΤΕ ΔΙΑΦΘΕΙΡΟΥΣΙΝ ΚΑΙ
ΡΗΣΟΝ ΤΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΜΕΤ Α

Οἱ δ' Ἀχαιοὶ τεῖχός τε καὶ
τάφρον ποιοῦνται πε-
ρὶ τὰς ναῦς· ἀμφοτέρ-
ων δ' αὐτῶν ἐξοπλισ-
θέντων καὶ μάχην ἐν τῷ
πεδίῳ συναψάντων, οἱ
Τρῶες εἰς τὸ τεῖχος τοὺς
Ἀχαιοὺς καταδιώκουσιν,
καὶ τὴν νύκτ' ἐκείνην ἐπὶ
ταῖς ναυσὶν ποιοῦνται τὴν
ἔπαυλιν τοῖς δὲ τῶν Ἀχαι-
ῶν ἀριστεῦσιν δοκεῖ [συμ-
βουλευ]σαμένοις [πρέσβεις] ἀποσ-
τεῖλαι πρὸς Ἀχιλλέα. Ἀ-
γαμέμνων δὲ δωρεάς τε
πολλὰς δίδωσι καὶ τὴν
Βρισηΐδα· οἱ δὲ πεμφθέν-
τες πρὸς αὐτὸν Ὀδυσσ-
εύς τε καὶ Φοῖνιξ πρὸς
δὲ τούτοις Αἴας ἀπαγγέ-
λλουσιν Ἀχιλλεῖ τοὺς λό-
γους, τοὺς λόγους παρ' Ἀγ-
αμέμνονος. ὅδ' οὔτε προ-
σδέχεται τὰς δωρεὰς, οὔ-
τε συνδωρεῖ διαλυσάμ-
ενος αὐτοῖς βοηθεῖν.
οἱ δ' ἀριστεῖς ταῦτ' ἀκού-
σαντες κατασκόπους
πέμπουσιν Ὀδυσσέα καὶ
Διομήδην. οὗτοι δὲ Δόλω-
νι συναντήσαντες ὑφ' Ἕκ-
τορος ἀπεσταλμένῳ κατα-
σκόπῳ, πυθόμενοι παρ' αὐ-
τοῦ τὴν τάξιν τῶν τὸ στρατ-
όπεδον φυλασσόντων, αὐ-
τὸν δὲ διαφθείρουσιν καὶ
Ῥῆσον, τὸν Θρᾳκῶν μετ' ἀ-

ΥΤΟΥ ΔΕ ΚΑΙ ΑΛΛΟΥΣ ΚΑΙ ΛΑΒΟΝ
ΤΕΣ ΤΑΣ ΙΠΠΟΥΣ ΕΠΙ ΤΑΣ ΝΑ
ΥΣ ΕΛΑΥΝΟΥΣΙΝ ΗΜΕΡΑΣ ΔΕ
ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ ΜΑΧΗΝ ΣΥΝΑ
ΠΤΟΥΣΙ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΕ
ΩΝ ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ ΑΓΑΜΕΜ
ΝΩΝ ΔΙΟΜΗΔΗΣ ΟΔΥΣΣΕΥΣ Μ
ΑΧΑΩΝ ΕΥΡΥΠΥΛΟΣ ΕΠΙ ΤΑ
Σ ΝΑΥΣ ΑΝΑΛΩΤΟΥΣ ΠΑΤΡΟ
ΚΛΟΣ ΔΕ ΠΕΜΦΘΕΙΣ ΠΑΡ ΑΧ
ΙΛΛΕΩΣ ΠΥΝΘΑΝΕΤΑΙ ΝΕΣ
ΤΟΡΟΣ . . ΤΗΝ . . .
ΕΚΤΩΡ ΔΕ . ΗΣΑΣ ΤΑΣ . .
ΤΟΝ ΠΥΛΑΣ . . . . .
ΠΙΠΤΙ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΚΑΙ
ΜΑΧΗΝ ΣΥΝΑΠΤΕΙ ΠΡΟ ΤΩΝ
ΝΑΩΝ ΤΗΣ ΔΕ ΜΑΧΗΣ ΓΕΝΟ
ΜΕΝΗΣ ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ
ΠΑΤΡΟΚΛΟΥ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΗΝ Μ
ΑΧΗΝ ΑΚΟΥΣΑΣ ΚΑΙ ΔΕΟ
ΜΕΝΟΣ ΒΟΗΘΕΙΝ ΑΥΤΟΝ
. . . ΠΕΜΨΑΙ ΤΟΙΣ ΕΛΛΗ
ΣΙΝ ΙΔΩΝ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΡΩΤΕ
ΣΙΛΑΟΥ ΝΑΥΝ ΚΑΙΟΜΕΝΗΝ ΠΕΜ
ΠΕΙ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΜΥΡΜΙΔΟΝΩΝ
ΤΟΝ ΠΑΤΡΟΚΛΟΝ ΤΟΥΣ ΙΠΠ
ΟΥΣ ΑΥΤΩ ΔΟΥΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ Ο
ΠΛΟΙΣ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΥ ΚΑΘΟΠΛ
ΙΣΑΣ ΙΔΟΝΤΕΣ ΟΙ ΤΡΩΕΣ ΑΥΤ
ΟΥΣ ΑΠΑΝΤΕΣ ΦΕΥΓΟΥΣΙΝ
ΕΝ ΔΕ ΕΠΙΤΡΟΠΗ ΤΑΥΤΗ ΠΑΤ
ΡΟΚΛΟΣ ΛΑΛΟΥΣ ΤΕ ΠΟΛΛΟ
ΥΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙ ΚΑΙ ΣΑΡΠΗΔΟ
ΝΑ ΤΟΝ ΔΙΟΣ ΤΟΥΣ ΔΕ ΛΟΙΠΟΥ
Σ ΕΣ ΤΟ ΤΙΧΟΣ ΚΑΤΑΔΙΩΚΕΙ
ΕΚΤΩΡ Δ ΑΥΤΟΝ ΠΑΤΑΞΑΣ Α
ΠΟΚΤΕΙΝΕΙ ΚΑΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΕΙ'

ντοῦ δὲ καὶ ἄλλους, καὶ λαβόν-
τες τὰς ἵππους ἐπὶ τὰς να-
ῦς ἐλαύνουσιν. ἡμέρας δὲ
γενομένης μάχην συνά-
πτουσι καὶ τῶν ἀριστέ-
ων τὰ ὀνόματα Ἀγαμέμ-
νων, Διομήδης, Ὀδυσσεύς, Μ-
αχάων, Εὐρύπυλος ἐπὶ τὰ-
ς ναῦς ἀναλώτους. Πάτρο-
κλος δὲ πεμφθεὶς παρ' Ἀχ-
ιλλέως πυνθάνεται Νέσ-
τορος [Ἀχαιῶν] τὴν [φυγήν].
Ἕκτωρ δὲ [διαιρ]ήσας τὰς [τάξεις βα-]
λὼν πύλας [ἀνοίξας τὰς ναῦς προς-]
πίπτει τῶν Ἑλλήνων καὶ
μάχην συνάπτει πρὸ τῶν
ναῶν. τῆς δὲ μάχης γενο-
μένης Ἀχιλλεὺς παρὰ τοῦ
Πατρόκλου τὰ περὶ τὴν μ-
άχην ἀκούσας καὶ δεό-
μενος βοηθεῖν αὐτὸν
[ἀπο] πέμψαι τοῖς Ἕλλη-
σιν ἰδὼν τὴν τοῦ Πρωτε-
σιλάου ναῦν καιομένην πέμ-
πει μετὰ τῶν Μυρμυδόνων
τὸν Πάτροκλον τοὺς ἵππ-
ους αὐτῷ δοὺς καὶ τοῖς ὅ-
πλοις τοῖς αὐτοῦ καθοπλ-
ίσας· ἰδόντες οἱ Τρῶες αὐτ-
οὺς, ἅπαντες φεύγουσιν·
ἐν δὲ ἐπιτροπῇ ταύτῃ Πάτ-
ροκλος ἄλλους τε πολλο-
ὺς ἀποκτείνει καὶ Σαρπήδο-
να τὸν Διός· τοὺς δὲ λοιπού
ς ἐς τὸ τῖχος καταδιώκει·
Ἕκτωρ δ' αὐτὸν πατάξας ἀ-
ποκτείνει, καὶ τῶν ὅπλων ἐγ-

ΚΡΑΤΗΣ ΓΕΙΝΕΤΑΙ ΜΑΧΗΣ Δ
Ε ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΕΚΡΟΥ ΓΕΝΟΜΕ
ΝΗΣ Α . . . ΕΣΑΠ . ,
ΔΙ ΑΧΙΛ . . . . . Φ .
ΕΩΣ Η ΘΕΤΙΣ . . ΕΡΧΕΤΑΙ ΠΡ
ΟΣ ΗΦΑΙΣΤΟΝ ΑΙΤΗΣΟΥΣΑ
ΠΑΝΟΠΛΙΑΝ ΟΔ ΑΥΤΗΝ ΕΥ
ΘΥΜΩΣ ΠΟΙΕΙ ΟΙ Δ ΑΧΑΙΟΙ ΤΟ
ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΚΛΟΥ ΕΠΙ ΤΑ
Σ ΝΑΥΣ ΔΙΑΚΟΜΙΖΟΥΣΙΝ ΤΩΝ
Δ ΟΠΛΩΝ ΤΥΠΟ ΤΗ ΘΕΤΙΔ
ΟΣ ΕΝΕΧΘΕΝΤΩΝ ΤΗΝ ΒΡΙ
ΣΗΙΔΑ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ ΑΧΙΛΛΕΙ
ΔΙΔΩΣΙΝ ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΔΕ . .
ΤΟΝ ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΝ ΚΑΤΑΔΙΩ
ΞΑΣ . . ΟΠΑΙΟΝ ΑΠΟ
ΚΤΕΙΝΕΙ ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΔΕ ΤΟΝ ΕΝ
ΤΩ ΠΟΤΑΜΩ ΔΙΑΦΥΓΟΝ
ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΚΤΟΡΑ ΜΟΝΟΜ
ΑΧΟΝ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙ ΚΑΙ ΤΑ ΟΠΛΑ
ΛΑΜΒΑΝΕΙ ΚΑΙ ΤΟΝ ΝΕΚΡ
ΟΝ ΕΚΔΗΚΑΜΕΝΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΔΙ
ΦΡΟΥ ΔΙΑ ΤΟΥ ΠΕΔΙΟΥ ΕΛΚΕΙ
ΕΠΙ ΤΑΣ ΝΑΥΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΑΤ
ΡΟΚΛΟΝ ΘΑΨΑΣ . . .
. . . . . ΤΩΝ ΑΓΙΣ
ΤΕΙΩΝ Ο ΔΕ ΠΡΙΑΜΟΣ ΕΠΙ ΤΗΣ
ΝΑΩΣ ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΚ
ΤΟΡΑ ΛΥΤΡΟΥΤΑΙ ΠΑΡ ΑΧΙΛ
ΛΕΩΣ ΕΠΑΝΕΛΘΟΝΤΟΣ ΔΕ
ΤΟΥ ΠΡΙΑΜΟΥ ΠΑΛΙΝ ΕΙΣ
ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΘΑΠΤΟΥΣΙΝ
ΟΙ ΤΡΩΕΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΑΦΟ
Ν ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΟΥΣΙ

κρατὴς γείνεται· μάχης δ-
ὲ περὶ τοῦ νεκροῦ γενομέ-
νης α[ὐτοῦ Τρῶ]ες ἀπ[είργονται]
δὶ Ἀχιλ[λέως καὶ] φ[εύγουσιν]
ἕως ἡ Θέτις [ἀπ]έρχεται πρ-
ὸς Ἥφαιστον αἰτήσουσα
πανοπλίαν· ὁ δ' αὐτὴν εὐ-
θύμως ποιεῖ· οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ
σῶμα τοῦ Πατρόκλου ἐπὶ τὰ
ς ναῦς διακομίζουσιν· τῶν
δ' ὅπλων ὑπὸ τῆς Θέτιδ-
ος ἐνεχθέντων, τὴν Βρι-
σηΐδα Ἀγαμέμνων Ἀχιλλεῖ
δίδωσιν. Ἀχιλλεὺς δ' ε[ἰς]
τὸν Σκάμανδρον καταδιώ-
ξας [Τρῶας Ἀστερο]παῖον ἀπο-
κτείνει. Ἀχιλλεὺς δὲ τὸν ἐν
τῷ ποταμῷ διαφυγόν-
των αὐτὸν Ἕκτορα μονομ-
άχον ἀποκτείνει, καὶ τὰ ὅπλα
λαμβάνει, καὶ τὸν νεκρ-
ὸν ἐκδησάμενος ἐκ τοῦ δί-
φρου διὰ τοῦ πεδίου ἕλκει
ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ τὸν Πάτ
ροκλον θάψας [ἀγῶνας προ-
τίθεται ἕνεκα] τῶν ἁγιστ-
είων. ὁ δὲ Πρίαμος ἐπὶ τῆς
ναὼς παραγενόμενος Ἕκ-
τορα λυτροῦται παρ' Ἀχιλ-
λέως· ἐπανελθόντος δὲ
τοῦ Πριάμου πάλιν εἰς
τὴν πόλιν θάπτουσιν
οἱ Τρῶες καὶ τὸν τάφο-
ν αὐτοῦ κατασκευάζουσι.

Necessarium esse videtur, nonnulla huic inscriptioni adjicere, quae ad scribendi genus meaque supplementa attinent; et in prima quidem linea invenimus formam *τῖχος*, quae infra lin. 7 et 72. recurrit. Non solum pro *ι* longo seriores Graeci saepe *ει* ponunt, neque solum *ι* et *η* ab iis confunduntur *), sed etiam vice versa pro *ει* scribunt *ι*, ut infra lin. 52. *πίπτι* pro *πίπτει*, *Ποσίδων* pro *Ποσειδῶν* (vid. no. 60.), *αι*, *ει* et *η* confunduntur, quorum exempla in hac tabula inveniuntur *ὡρῆος* pro *ὡραῖος*, *Αἰνήας* pro *Αἰνείας* (lin. 11 et 12). Litteras quas Fabretti dedit *δοκεῖ .... σαμένοις, ... ἀποστεῖλαι*, putavi sic esse explendas: *δοκεῖ συμβουλευσαμένοις πρέσβεις ἀποστεῖλαι*.

Lin. 21 et 22. Errore ejus, qui inscriptionem fecit, dupliciter posita sunt verba *τοὺς λόγους*.

41—46. In his quinque lineis sententia turbata est, et fortasse nonnulla verba alio modo sunt legenda. *τῶν ἀριστέων τὰ ὀνόματα* sunt nomina eorum, qui pugnando excelluerunt. *ἐπὶ τὰς ναῦς ἀναλώτους* veniunt ad naves invictas. Fortasse in v. *ἀναλώτους* aliud quid inest.

49—51. Explevi quidem lacunas, quae inscriptioni insunt, libenter tamen fateor, me, quum linea 50 et 51 longiores sint, mihi ipsi non satisfecisse. Praeterea in versu 51. *τὸν*, quod Fabretti habet, in *λων* mutavi.

In linea 62. voc. *Μυρμυδόνων* secunda littera *υ* in *ι* mutanda, scribendumque est nomen *Μυρμιδόνων*.

75. *γείνεται* legendum *γίνεται*.

77. In hoc versu supplendo mihi minus satisfeci, quam in 78 et 79 versu. Nimis multae enim in versu 77 ponendae erant litterae, quam ut recte

*) Brunck. ad Apoll. Rhod. I. 53. 76. IV, 1327. et saepius.

versatus esse mihi videar. Melius res processit in versibus 88 et 90, 99 et 100 supplendis.

Nunc ad ipsas imagines, quae in hac tabula inveniuntur, explicandas transeam.

No. 1 et 2. *ἱερὸν Ἀπόλλωνος σμινθέως, Χρύσης.* Hac imagine non ad verum sacrificium artifex respicit, de quo in Iliade sermo fit, sed quum Chryses (Iliad. *α*, 40) dicat:

> *ἦ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα*
> *ταύρων ἠδ' αἰγῶν,*

putavit tabulae fictor uno sacrificio nobis in memoriam varia, quae Chryses Apollini obtulit, esse revocanda.

Pestis (no. 3. *λοιμός*) adumbratur duobus hominum cadaveribus, quorum unum cane dilaceratur [1]).

No. 4—8. *Κάλχας, Ἀγαμέμνων, Νέστωρ, Ἀχιλλεύς, Ἀθηνᾶ.* Calchas in regum consessu, Achille impellente, causam aperit, qua Apollo commotus pestem in Graecorum castra miserit. Agamemnon ira accensus Achilli se donum, quod a Graecis accepit, rapturum esse minatur; et Achilles, qui verbis Agamemnonis iracundia elatus jam in eo est, ut gladio e vagina educto impetum faciat (4), Minerva (7) interveniente a conatu revocatur. Nestor (8) Agamemnonem et Achillem conciliare studet [2]).

No. 9—13. Agamemnon ad Apollinis iram placandam, duce Ulysse (9), deo hecatomben (no. 10.), et Chryseida ipsam (11) ejus patri (12) in templum mittit. Subjecta, est inscriptio *Ὀδυσσεὺς τὴν ἑκατόμβην τῷ θεῷ ἄγων. Χρυσηΐς.*

No. 14. *Θέτις.* Thetis ab Jove petit, ut in-

---

[1]) Iliad. *α'*, 50—52.

[2]) Iliad. *α'*, 54 sqq.

juriae Achilli illatae vindictam ab Agamemnone sumat [1]).

Hae imagines ad primum Iliadis librum referendae sunt. Quum vero tabula parte careat, omnes absunt figurae, quae argumentum Homeri Iliadis inde ab secundo ad duodecimum librum oculis subjiciebant. Accedamus igitur ad decimi tertii libri argumentum, quod in dextri tabulae lateris infima linea, littera N signata, inest.

Prima hujus seriei imago (No. 15. *Μηριόνης· Ἀχαμας*) non ad XIII. librum pertinet, in quo Meriones cum Deiphobo tantum pugnat [2]), quem clypeo firmo defensum interficere non potest. At in libro XVI [3]) pedum celeritate Acamantem, qui currum conscendere vult, assequitur eumque in dextrum humerum vulnerat; quam ad narrationem sine dubio hic artifex respexit, sed errans imagini falsum in serie rerum locum dabat. Ad decimum tertium librum referenda est imago (no. 16.), quae subjecta habet nomina *Ἰδομενεύς, Ὀθρυονεύς*. Idomeneus enim Othryoneum, sponsum Cassandrae, interficit, interfectumque et pede apprehensum in Graecorum ordines ducit. Cui vindex Asius (no. 17. *Ἄσιος*) adveniens Idomenei hasta vulneratus cadit (cf. Iliad. *ν'*, 361—380.).

No. 18. *Αἰνήας* (*Αἰνείας*), *Ἀφαρεύς*. Aeneas in pugna Apharea Caletoriden hasta vulnerat, ut moriatur [4]).

Praeterea adnotandum, omnes has infimae dextrae partis imagines, si statum singularum figurarum

---

[1]) Iliad. *α'*, 492 sqq.
[2]) Iliad. *ν'*, 159—169.
[3]) 342—344.
[4]) Iliad. *ν'*, 541 sqq.

respicimus, minime cum Homeri descriptionibus convenire. Praecipue no. 17. Asius eo statu est, qui ex Homeri carminibus explicari non possit. Etiam post Othryonea figura conspicitur, quae in Homeri descriptione locum non habet. Fortasse huic figurae erat adscribendum Asii nomen, et eum, cui hoc nomen ab artifice est datum, aliquem ex Aeneae sociis habeam. Nec melius artifex versatus est in delineando libri XIV. Iliadis argumento. Nam tres sunt viri delineati (no. 12.), quorum primus nudus genibus nititur et supplicis modo manus tollit. Hic est Panthenor, qui a Trojano Polydamante Panthoide vulneratus est [1]). Cui defensor advenit Ajax Telamonius (non Locrus, ut in tabula est: *Αἴας Λοκρός*), qui Polydamanta, ictum hastae evitantem, interficere non potest, sed Antenoris filium, Archelochum (*Ἀρχέλοχος*) gravi afficit vulnere.

Recedit auctor tabulae imagine sequenti (no. 20.) ab ordine, qui in Iliadis libro XIV. est; nam ante Archelochum interfectum jam Neptunus Graecos adhortatus erat, ut fortiter in Trojanos pugnarent [2]), qua adhortatione commoti etiam vulnerati in Trojanos impetum faciunt, praecipue Diomedes, Ulysses, Agamemnon [3]). Ajax vero primus cum Hectore congreditur eumque magno lapide petitum prosternit. Ea de causa in tabula Neptunus (*Ποσιδῶν*, leg. *Ποσειδῶν*) praecipue Ajacem ducit (*Αἴας*).

Imagine vicesima prima quoque is, qui tabulam fecit, ab ordine Iliadis recedit; nam dubitari non potest, quin nunc respiciat ad partem quandam libri

---

[1]) Haud recte Fabretti pag. 322. dicit, eum Polydamantem esse Panthoidem. cf. Iliad. ξ', 449. 450.

[2]) Iliad. ξ', 364 sqq.

[3]) Vers. 380.

XV, ubi (vers. 220—280.) Apollo (*Ἀπόλλων*), Jove jubente, ad Trojanos it, Hectoremque (*Ἕκτωρ*), jactu Ajacis fractum, excitat eique cupidinem injicit cum Graecis manus conserendi. Transit nunc sculptor linea, quae inscriptam litteram o habet, ad pugnam apud naves commissam, ad quam primus quasi impetus fit ab iis, quibus numeri 22. 23. 24. additi sunt, Aenea, Paride, Heleno, quorum nomina etiam adposita leguntur. Aeneas hoc libro Medontem et Jasum interfecisse (vers. 330.), Paris vero Deiocho hasta interiorem humeri partem transegisse narratur. Heleni nullum factum commemoratur [1]).

Ad pugnam apud naves (*ἐπὶ νανσὶ μάχη*) ipsam referendae imagines 25 usque ad 29. Conspicimus remis instructam navem, in quam Hector (no. 26. *Ἕκτωρ*) impetum facit. Navis ipsa tribus viris defenditur, quorum unus (no. 27.) sine dubio Telamonius Ajax. Alter defensor navis Ajacis scuto tectus arcumque tendens Teucer est, qui hunc pugnandi morem habuit [2]). Ante navem torrem manu tenentem (no. 28.) Caletorem (*Καλήτωρ*), Clytii filium, conspicimus, qui, quum navi jam ignem injecturus erat, ab Ajace vulneratus cecidit. Remotius a navibus jacet Clitus (no. 29. *Κλῖτος* vel potius scribendum erat nomen *Κλεῖτος*), Pisenoris filius, qui sagitta ab Teucro missa diem obiit supremum [3]). Quem tertia, quae in nave stat, longurium vel hastam manu habente figura sculptor significare voluerit, dicere non possum.

---

[1]) Ea de causa Fabretti pag. 324. recte suspicatus est, errore sculptoris nomen Heleni hoc loco positum esse, pro Politis ejus germani fratris nomine, qui inter primos pugnatores Echium vita privat. Iliad. *o'*, 339.

[2]) Iliad. *θ'*, 267.

[3]) Iliad. *o'*, 445.

Quum artifex in linea figurarum, quae litteram *Π* praefixam habet, ab Homeri narratione in nonnullis recessisse videatur, difficilior nonnullarum rerum explicatio est. Prima figura (no. 30.), cui nomen Patrocli subscriptum est, Patroclus ex Eurypyli vulnerati tentorio regrediens indicatur. Una cum reliquis Achillem (fig. 31.) precibus fatigat, ut Graecis aut ipse succurrat, aut Patroclo sua ipsius arma et Myrmidones det in pugnam ducendos. In tabula Phoenix et Diomedes secundum inscriptionem inter rogantes sunt, de quibus apud Homerum nihil invenitur.

Figurae 32 usque ad 35 omnes ad Patrocli historiam pertinent, cujus nomen subjectum est. Patroclus in pugna multos Trojanorum jam interfecit, quorum unus is esse videtur, cui adscriptus numerus trigesimus secundus. Fortasse Sarpedon est, qui inter omnes fere Trojanos excellens a Patroclo interficitur [1]), vel Cebriones, qui per eundem vita privatur [2]). Patroclus, multis occisis, ab Apolline armis privatus, ab Euphorbo vulneratus [3]) se inter amicos recepit, et quum Hector (num. 34.) in eum impetum faciat [4]), equis immortalibus Xantho et Balio, quos Automedon ducit, conscenso curru, salutem quaerit.

Omnes in linea, cui littera *P* inscripta est, imagines ad Patroclum interfectum pugnamque de ejus

---

[1]) Iliad. π', 480 sqq.

[2]) Iliad. π', 738. Fabretti p. 326. putat etiam hunc jacentem esse Patroclum, hasta Euphorbi domitum. A cujus sententia recedo, et Cebrionem, Sarpedonem vel alium a Patroclo interfectum hunc jacentem habeo, ut monumentum quasi fortitudinis Patrocleae in tabula sit.

[3]) Iliad. π', 791. 812.

[4]) Iliad. π', 818.

cadavere attinent. Figurae 36—38 explicandae sunt sine dubio ex Iliade ρ′, 129—159. Hector enim, qui pedes pugnaverat, adveniente Ajace, currum conscendit, eoque modo invadit Graecos ad Patroclum iis eripiendum (36.), Ajax vero (37.) Patroclum scuto defendit et aggredientes hostes rejicit, dum Menelaus (38.) dolore interfecti Patrocli conficitur. In secunda hujus seriei parte Patrocli cadaver a Menelao et Merione (num. 39. cf. Iliad. 716 sqq.) ex pugna effertur, vel potius in Achillis curru ponitur. Duo qui equos retinent Automedon et Alcimedon esse videntur (Iliad. ρ′, 474 sqq.). Receditur, si revera, ut figurae indicare videntur, cadaver currui imponitur, ab Homeri poesi, in qua ab Menelao et Merione in castra nautica defertur.

Seriei littera Σ notatae prima pars luctum de Patrocli caede continet. Circa corpus interfecti in lecto positum (*Πάτροκλος* no. 40.) nonnullae figurae conspiciuntur; quae pone lectum est, Achilles (*Ἀχιλλεύς*) esse videtur desiderio Patrocli confectus. Ad dextram Achillis senex, sine dubio Phoenix, in lecto sedet; mulieres lamentantes ad sinistram, servae Achillis et Patrocli sunt. — In altera lineae parte armorum Achillis fabricatio delineata est. Thetis apud Homerum *) in Olympum ad Vulcanum proficiscitur arma ab eo petitura, quae Vulcanus ipse et solus ei facit. In nostra vero tabula conspiciuntur Thetis (*Θέτις* no. 41.) et Vulcanus (*Ἥφαιστος* no. 42.), sed praeterea tres ejus socii. Artifex igitur seriores (cf. Virgil. Aen. VIII, 425. 444 sqq.), non Homerum sequutus est.

In linea T duae mulieres stant (no. 45.) cum inscriptione *Θέτις*. Igitur una Thetis esse videtur,

*) Iliad. σ′, 369.

quae filio a Vulcano fabricata arma attulit, ante ejus pedes jacentia, et scutum (no. 46. ἀσπίς), excellens inter ea opus, a viro quodam tenetur. Utrum ad hunc inscriptio *Φοῖνιξ* pertineat, an ad alium manu galeam gestantem, decerni non potest; attamen scutum tenens mihi Phoenix esse videtur, quum senis habitu sit, qua re permotus eum Fabretti pro femina habuit. Achilles denique (no. 47. Ἀχιλλεύς) ocreas cruribus adaptat et arma induit, quod discessu matris et concione Graecorum habita fecit. Deinde equos, quorum habenas Automedon (no. 50.) tenet, armatus conscendit (no. 49.), et notum illud mortis suae imminentis vaticinium ab equo Xantho accipit. Ante equos aliquis (no. 48.) stat, qui, quis sit, dicere difficilius est. Quum omnino non vestimenta herois habeat, sed potius, si figuram no. 1. notatam conferimus, sacerdotis vatisque, fortasse artifex hac figura voluit vaticinium ab equo datum significare [1]).

Ad librum XX. Iliadis imagines pertinent, quae in linea littera Υ notata conspiciuntur, omnes ad Achillis pugnas referendae. Et no. 51. quidem Neptunus (in basi ejus nomen additum ποσιδῶν) Aeneam, qui cum Achille congressus erat, periculis eripit [2]). Interfecto Polydoro, Priami filio, Achilles impetum Hectoris excipit, quem, frustra telo in Achillem jacto, Apollo nebula involutum servat. Hoc mihi significari videtur figuris, quibus adpositi numeri 52, 53, 54. Achillis (no. 52.) impetum non-

---

[1]) Fabretti dicit no. 48. esse Minervam, quae Achilli ante proelium nectar et ambrosiam instillaverit. Sed huic interpretationi obstat partim totius figurae habitus, partim ipse locus, quem in figurarum serie habet.

[2]) Iliad. υ', 325—330.

nisi scuto Apollo excipit (no. 53.), dum Hector fuga salutem quaerit (no. 54.) [1]). Deinde Achilles petit alium pugnatorem (no. 55.), qui vel Dryops est [2]), vel Demuchus [3]). Denique (no. 56.) duo conspiciuntur se invicem amplectentes. Difficilior est eorum explicatio, at fortasse Achilles est et Tros Alastorides, qui Achillem, ut sibi parcat vitamque donet [4]), precatur.

In linea sequenti figurae explicandae sunt, ut inscriptio *Φ* indicat, ex libro Iliadis XXI. Primum Scamander (no. 58. *Σκάμανδρος*) interfectum pede tenet; qua imagine significatur, Scamandrum ab Achille in ipsius undis interfectos ex alveo ejicere [5]). Tunc Scamander, ira in Achillem accensus, fluctibus eum aggreditur, eumque paene exstinxerit, nisi Neptunus et Minerva manu eum comprehenderint, et servarint [6]) (no. 59. 60. *Ἀχιλλεύς*, *Ποσειδῶν*). Denique Achilles, Scamandro in ripas retruso, persequitur Troes (*Φρύγες*) in urbem fugientes.

Achilles in linea *X*, quae sequitur, vario modo in optimo Trojanorum viro interficiendo occupatus est. No. 61 Hector videtur cum Achille (no. 62. *Ἀχιλλεύς*), qui ad urbem accelerat, congrediendi consilium inire. Certe eo situ conspicitur, quo ab Homero [7]) describitur, scutum in eminentem muri par-

---

[1]) Fabretti putat, figuram 53. esse sive Iphitionem, sive Demoleontem, quos Achilles percussit, et no. 54. Hippodamantem, quem Achilles etiam interfecit.

[2]) Iliad. 455.

[3]) Iliad. 457.

[4]) Iliad. 462—468.

[5]) Iliad. *φ'*, 235—238.

[6]) Iliad. *φ'*, 268.

[7]) Iliad. *χ'*, 96 sqq.

tem fulciens." Tum jam morientem et genibus nixum Hectorem (63. "Εκτωρ) Achilles (no. 64. Ἀχιλλεύς) armis privat; denique ejus cadaver (no. 65. "Εκτωρ) ad currum adnexum equis incitatis ad castra Graecorum ducit. Quis ille sit (no. 67.), qui hastam praecisam gestat, dicere non possum. Fabretti p. 332. quidem eum Automedontem esse putat.

In penultima linea, cujus argumentum ex Homeri libri Iliad. XXIII. desumtum est, crematio Patrocli et bigarum in interfecti honorem, decursio est delineata. Primum Achilles (no. 68. Ἀχιλλεύς) fortasse crines suos Patroclo in pyra extenso dedicat [1]). Apud rogum praeterea stat mulier, fortasse una ex captivis, quarum apud Homerum in descriptione cremationis nulla fit mentio. Secunda lineae pars omnis dicata est certaminibus ab Achille in honorem sui interfecti amici habitis (ἐπιτάφιος ἀγών); sed curruum tantum certamen ab artifice in tabula poni potuit. Conspicitur (no. 69.) ultimus currus, qui Antilochi, filii Nestoris, est; qui praecedit, est currus Menelai. Tertium locum habuit secundum Homerum [2]) Diomedes, primum Eumelus, qui in nostra tabula jam in terra jacet, quum Minerva, amore Diomedis commota, jugum equorum fregerit. Merionis currus hic videtur ea de causa omissus esse, quod ejus equi erant tardi, ipseque minime rei vehicularis gnarus. Is, qui in tabula locum inter currus et rogum habet, aut Phoenix speculator certaminis est [3]), aut potius, quum hic in fine stadii, non ab ejus initio sedem haberet, Idomeneus dux Cre-

---

1) Iliad. ψ', 152.

2) Iliad. ψ', 577.

3) Iliad. ψ', 359. 360.

tensium, qui extra concionem in campum prospiciens sedebat [1]).

Ultima series figurarum, notata littera Ω, redemptionem cadaveris Hectoris continet. Priamus, (*Πρίαμος* no. 73.) ducente Mercurio (no. 72. *Ἑρμῆς*) in tentorium Achillis (no. 74. *Ἀχιλλεύς*) multa jam nocte venit, eique, Automedonte tantum et Alcimo [2]) praesentibus, pro Hectore supplicat. In tabula inter Achillem Priamumque unus horum Achillis sociorum delineatus est. Reliqua hujus seriei pars ad exornandum cadaver Hectoris attinet. Nam (no. 75.) duo conspiciuntur, qui vasa tenent, ut Hectorem lavent, reliqui tres (no. 76.) occupati sunt, ut cadaver Hectoris in balneum vel in currum Priami deportent.

Haec omnia sculptor ad Iliadem delineavit, etsi nonnunquam figurae singulae eo sint situ, ut vix cum Iliadis argumento conciliari possint, nonnunquam etiam ab ordine Iliadis sculptor recedat, imo Virgilium sequatur. Infimam vero partem hujus tabulae occupant duae aliae imaginum series, quae, ut inscriptiones (no. 77. 78.) indicant, ex Aethiopide Arctini, Leschis Iliade parva et carmine de Troja delcta ab Stesichoro composito haustae sunt. Conspicitur primum Penthesilea, quae ab Achille vulnerata in terram procidit (no. 80. *Πενθεσίλεια, Ἀχιλλεύς*) [3]). Quum in inscriptione litterae *κης* legantur, nonnullae vel certe una figura praecessisse videtur. Fabretti pag. 350. putat has figuras continuisse fatum Podarcis, a Penthesilea interfecti [4]). Achilles pulcri-

---

[1]) Iliad. *ν'*, 451. 452.

[2]) Iliad. *ω'*, 476.

[3]) cf. supra pag. 44. cum adnot. 14.

[4]) Quint. Smyrn. I, 238 sqq.

tudine Penthesileae interfectae capitur. Quo facto a Thersite loquace valde vituperatur et ira accensus eum interficit (no. 81. *Ἀχιλλεύς, Θερσίτης*) [1]). Penthesilea occisa Memnon cum auxiliis in agrum Trojanum advenit et, pugna commissa, Antilochum Nestoris obtruncat (*Ἀντίλοχος* no. 82.) [2]), cujus morti ultor Achilles ab Nestore arcessitus post acrem pugnam Memnona vita privat (no. 83. *Ἀχιλλεύς, Μέμνων*) [3]). Figurae 84, 85, 86, 87. ad Achillem interfectum, pugnamque de interfecti corpore pertinent. Primum Achilles Trojanos ira de interfecto Antilocho concitatus usque ad portam prosequitur et ab Apolline et Paride vulneratur; Ajax (no. 85. *Αἴας*) vulneratum (no. 84. *Ἀχιλλεύς*) scuto tegit, et Ulysses (no. 86. *Ὀδυσσεύς*) quoque in Trojanos pugnat [4]). Videtur tandem post vehementem pugnam cadaver Achillis, quod (no. 87. *πτῶμα Ἀχιλλέως*) cum scuto capiti supposito conspicimus, Trojanis opera Ajacis et Ulyssis ereptum ad navesque reportatum fuisse. Adveniunt in castra Graecorum Thetis cum sororibus et Musis (no. 80. *Μοῦσα, Θέτις*), quae Achillis vicem dolent (Quint. Smyrn. III, 582. 654. cf. supra pag. 45.). Denique Achillis cadavere cremato, ossa sepeliunt (no. 89. *Ἀχιλλεῖον*, vid. p. 46. nota 32.). Extremum hujus seriei locum Ajax tenet, mente, ob injuriam, qua affectus est a Graecis, turbatus (p. 46. not. 24. 25. p. 101. not. 61.). Fabretti ea, quae post Ajacis figuram in hac serie conspiciuntur (no. 91.) putat esse tumulum sive sepulcrum Ajacis, prope Rhoeteum promontorium ei erectum, at potius muri Trojani sunt cum porta Scaea (no. 99.) conjuncti.

---

[1]) vid. supra pag. 44. not. 15.
[2]) vid. supra p. 45. nota 17. Quint. Smyrn. II, 256 sqq.
[3]) vid. pag. 45. Quint. Smyrn. II, 540 sqq.
[4]) vid. p. 45. nota 20. p. 109. nota 89. 90.

Ultima figurarum series ad Leschis Iliada parvam pertinet. Primo loco (no. 92.) prostratus arcum manu tenens conspicitur, qui sine dubio Paris, origo causaque belli Trojani, est a Philoctete occisus [1]). Eum mortuum ab Menelao laesum Trojani recipiunt et tumulo condunt (no. 93.) [2]). Post has duas figuras vir stat, cujus pileolo Phrygico indicatur, eum esse Trojanum. Puto esse Helenum vatem Trojanorum, qui ab Ulysse captus in Graecorumque castra deductus fatum Graecorum et Trojanorum cecinit [3]). Hoc tempore novissima Trojanis auxilia, Eurypylo ducente, adveniunt; pugna repetitur, et Eurypylus a Neoptolemo ex Scyro ab Ulysse adducto interficitur (no. 94. *Εὐρύπυλος, Νεοπτόλεμος*). Jam ad ultima fata Priami Trojanorumque sculptor progreditur, quae rapto ab Ulysse et Diomede Palladio inducuntur (no. 95. *Ὀδυσσεύς, Διομήδης, Παλας* scr. *Παλλάς*) [4]). Tum (no. 96. *δούρηος* leg. *δούρειος ἵππος*) ligneum equum ab Epeo Minervae auxilio aedificatum Trojani (no. 97. *Τρωάδες καὶ Φρύγες ἀνάγουσι τὸν ἵππον*) in urbem trahunt. Quatuor figurae, quae inter Trojanos et Priamum positae sunt, videntur ad factum Laocoontis pertinere [5]). Priamus ipse (*Πρίαμος*) jubet Sinonem (no. 98. *Σίνων*) in urbem duci. Trojanos Cassandra (*Κασσάνδρα*) ad portam Scaeam (99. *Σκαία πύλη*) retinet.

Quae ad Trojam expugnatam attinent, mediam tabulam in tres vel potius quatuor partes divisam

---

[1]) Fabretti p. 362. 363. hunc Nireum esse dicit, ab Eurypylo obtruncatum, qui non tam gravis fuit, cujus interfectionis singularis mentio injicienda esset.

[2]) cf. Quint. Smyrn. X, 485 — fin.

[3]) vid. supra p. 46.

[4]) cf. p. 46. not. 27.

[5]) vid. p. 47. not. 28.

occupant. Graeci, qui ex equo ligneo (no. 100. δούρειος ἵππος), operâ Sinonis aperto, descenderunt, jam vim et manus Trojanis inferunt. Quid singulis figuris significetur, vix dici potest; attamen facile cognoscitur (no. 102. 103.) Cassandra, quae ad templum Minervae (no. 101.) confugerat, et ab Ajace Oïlei abstrahitur [1]); ad aram aliquis (no. 104.), fortasse Coroebus, interficitur, qui Cassandrae incensus amore Trojam venerat, et vel a Peneleo [2]), vel a Neoptolemo, vel a Diomede vita privatur [3]). Qui tabulam adspicienti ad sinistram manum brachium interficientis tenet fortasse Ilioneus est, quem secundum Quint. Smyrn. XIII, 178—209. Diomedes supplicem occidit. Haec prima quasi figurarum series; in secunda Priami regia et Veneris templum delineata sunt.

Priamus in ara Jovis Hercei sedet et a Neoptolemo vel in ea ipsa, vel de ea abstractus obtruncatur (no. 106) [4]). Circum aram duo occisi jacent, fortasse Priami filii, quorum Fabretti unum (no. 105.) Politem esse dicit. In dextra tabulae parte templum Veneris (Ἱερὸν Ἀφροδίτης) conspicitur, ad quod vir gladio feminam petit. Putem hic ab artifice Menelaum delineatum esse, a quo inter Trojanos Trojanasque Helena detegitur, nisi Quintus Sm. XIII, 354. narret, eam inventam esse in domo ipsa. Sed fortasse Lesches eam ab Menelao in templo Veneris inventam esse narraverat.

In tertia parte conspiciuntur primum (no. 107.) Demophon (Δη) et Athamas, qui in urbe errantem

---

[1]) vid. pag. 48. not. 31.

[2]) Virgil. II, 413.

[3]) vid. pag. 118. fragm. 10.

[4]) cf. pag. 47.

Aethram (*Αἴθρ.*), aviam paternam, inveniunt [1]). Ceterae figurae omnes ad Aeneae ex agro Trojano fugam attinent. Nam Aeneas (no. 108. *Αἰνήας*) patri suo Anchisae sacra tradit, eumque (*Ἀγχίσης*) humeris portans, filium Ascanium manu tenens (*Ἀσκάνιος* no. 109.), Mercurio ducente (*Ἑρμῆς*), urbem Trojam relinquit.

Ultima pars ita comparata est, ut in uno latere Hectoris sepulcrum, in altero Achillis positum sit; in uno latere naves Graecorum conspiciantur, in altero Aeneae navigatio ex agro Trojano. Primum igitur (no. 112.) Hectoris sepulcrum (*Ἕκτορος τάφος*), muris circumseptum, scutoque indito, in quo leonis imago est, ornatum considerandum est. Ab uno ejus latere Andromache, Cassandra et Helenus (*Ἀνδρομάχη, Κασσάνδρα, Ἕλενος*) sedent. Adstat Talthybius (*Ταλθύβιος καὶ Τρωάδες*) et Troades alloquitur. Res fortasse ex Euripidis Troadibus explicanda, ubi [2]) Troadibus annuntiat, quibus Graecorum quaeque facta sortitione obvenerit. Troades ipsae lugent, ut in picturis, quibus Polygnotus Leschen Delphorum exornaverat [3]). Etiam hic, ut in picturis Polygnoti, adstat apud Andromachen Astyanax [4]). In altero latere (no. 112.) Hecuba Polyxenam ducens, Andromache, cui filius jam ereptus est, et (no. 113.) Helenus cum Ulysse loquens conspiciuntur (*Ἑκάβη, Πολυξένη, Ἀνδρομάχη, Ἕλενος, Ὀδυσσεύς*).

Achillis sepulcrum (*Ἀχιλλέως σῆμα* no. 114.) columna, in qua hominis figura jacet, indicatur. Intra murum, qui etiam huic sepulcro circumdatus est,

---

1) vid. p. 48. not. 32. pag. 116.

2) vers. 243 sqq.

3) Pausan. X. 25.

4) Pausan. l. l. *ὁ παῖς οἱ προσέστηκεν ἑλόμενος τοῦ μαστοῦ.*

Polyxena genibus nixa, a Neoptolemo Achilli mactatur (*Νεοπτόλεμος, Πολυξένη*), dum Calchas (*Κάλχας*) et puer camillus adstant; Ulysses vero adsidet [1]).

Naves Graecorum in terram contractae (*ναύσταθμον Ἀχαιῶν*) infimam seriem efficiunt (no. 115). Quem agri Trojani locum tenuerint alia figura significatur (no. 116.), cui nomen *Σείγαιον*, Sigeum promontorium, adscriptum est; scribendum igitur erat *Σίγειον*.

Ultima denique huius tabulae pars — ut inscriptione indicatur: *Αἰνήας* (*Αἰνείας*) *σὺν τοῖς ἰδίοις ἀπαίρων εἰς τὴν Ἑσπερίαν* — ad Aeneae ex Troade fugam pertinet. Praecipui quidem antiquissimorum scriptorum videntur nihil de Aeneae in Italiam adventu narrasse. Nam in *Ἰλίου περσίδι* Arctini nihil fortasse proditum erat, nisi Aeneam in Idam se contulisse, contra Lesches narraverat Aeneam a Graecis in praeda captivisque dividendis Neoptolemo obvenisse [2]), et Tzetzes quoque, nescio quem historicorum sequutus [3]), refert, quum Troja a Graecis diueretur, Aeneam fugisse et post eorum decessum revertisse Trojamque habitasse. Recte igitur fortasse Fabretti conjicit, eum, qui hanc tabulam Iliacam fecerit, non tam esse veteres Graecos poetas, quam Quint. Smyrn. et Virgilium, sequutum. In hac parte

---

[1]) vid. p. 48. nota 38.

[2]) vid. pag. 114.

[3]) ad Lycophron. 968. *πρῶτον μὲν ὑπὸ Ἡρακλέους ἐκρατήθη ἡ Τροία, δεύτερον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν Ἑλένην, τρίτον δὲ ὑπὸ τῶν Ἀμαζόνων· ὁ γὰρ Αἰνείας μόνος, φυγὼν ἐκ τῆς ἁλώσεως, πάλιν ᾤκησε τὴν Τροίαν.*

tabulae igitur Anchises, qui sacra fert (*Ἀγχίσης καὶ τὰ ἱερά*), et Aeneas filium manu ducens, per pontem in navem conscendunt, quae jam plena est aliis Trojanis, Aeneae sociis (no. 118). Hos sequitur flenti similis Misenus (no. 119. *Μίσηνος*), tubicen Aeneae [1]), et navigatione Aeneae (*Ἀπόπλους Αἰνήου*) res Trojanae finiuntur.

Haec tabula, ut jam ab initio monui, in templo apud Bovillas detecta est, cujus in rudere praeterea inventae sunt duae statuae, Claudii una ab aquila in coelum sublati, magnitudine hominis figuram superante, altera Homeri in coelestium numerum relati. Fabretti [2]) suspicatur ab Nerone has duas statuas in templo illo, quod sacrarium gentis Juliae fuit [3]), esse collocatas, ut spectantes in memoriam inducerentur, Homerum et Claudium ejusdem fuisse studii. Quum vero Nero non solum Troicas res usque ad insaniam amaret mirareturque, verum etiam scribendo eas prosequutus esset, ut ex Servii commentario ad Virgil. Georg. III, 36. notum sit, haud absurdam esse conjecturam, etiam hoc opus eo jubente scalptum et in templum illud esse relatum. At tam materies operis, quam negligentia sculptoris in singulis vocibus scribendis jam satis probare videntur, hanc tabulam non a Nerone in illud templum esse relatam, quum non tanti esset pretii, ut digna ab eo haberetur, quae in illo loco proponeretur. Nam certe quisque mecum in eo consentiet, hanc tabulam neque artificiosam,

---

[1]) vid. Heynius ad Virgil. Aen. VI. exc. VIII.

[2]) p. 381.

[3]) Tacit. Annal. II, 41.

neque insignem (quibus adjectivis eam Fabretti ornat) nominari posse. Omnino omnes similes tabulae, quorum supra mentionem feci, minores sunt, quam quibus aut vera ars inesse possit, aut credendum sit, meliorem artificem in iis elaborandis operam impendisse. Ut vero prioribus et nostris ipsorum diebus multi in usum juventutis libri imaginibus repleti in lucem educuntur, quibus aut universa historia aut certe ea historiae pars, quae arctissime cum Christi disciplina conjuncta est, oculis subjiciatur, sic veteres artifices, non libros quidem, at tabulas elaborarunt, quibus aliqua pars fabularum continebatur, praecipue Graecarum, quum in Graecis poetis legendis juventus tam Graeca quam Romana praecipue exerceretur. Ad hunc usum hanc quoque tabulam esse elaboratam etiam inscriptio probat:

ΩΡΗΟΝ ΜΑΘΕ ΤΑΞΙΝ ΟΜΗΡΟΥ ΟΦΡΑ ΔΑΕΙΣ
ΠΑΣΗΣ ΜΕΤΡΟΝ ΕΧΗΣ ΣΟΦΙΑΣ.

i. e. ὡραῖον μάθε τάξιν Ὁμήρου ὄφρα δαεὶς
πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας.

Tum argumento etiam alia similium tabularum fragmenta sunt, in quorum unius aversa parte litterae nonnullae in spatii per lineas secti areolis ita distributae sunt, ut ubiubi incipis, eandem vocem litterae efficiant *). Qui lusus magis tabulae convenit in puerorum usum elaboratae, quam operi vere artificioso. Persuasum igitur nobis esse potest, primorum tempore imperatorum Romanorum non solum illa poemata, quorum in inscriptione hujus tabulae mentio fit, Aethiopidem Arctini, Iliadem parvam

Leschis, Ilii persidem Stesichori non solum nondum interiisse, sed etiam in ludis Romanorum lectitata fuisse.

---

*) vid. Heeren. Biblioth. antiquae litteraturae et art. fascic. 4, pag. 65.

INDEX RERUM ET VERBORUM NOTABILIUM.

Achilles inter Lycomedis filias detectus p. 92. ejus in insula Scyro commoratio p. 110. ejus hasta p. 87. 109. — θρασι-τοφόνος p. 41. n. 15. — in Leuce insula p. 45.
Achillium, portus Scyri insulae p. 111.
Acron refellitur p. 6.
Aegyptia Ilias Hipparchi p. 80.
ἀείδω, de quantitate primae syllabae p. 107.
Aeneas servus Neoptolemi p. 114. ejus uxor Eurydice p. 97. Creusa p. 118. ejus fuga ex agro Trojano p. 173.
Aethiopis p. 101.
Agamemnonis filiae p. 97.
ἀγανός, de hujus adjectivi mensura p. 98.
αι, η et ει commutantur p. 158. 173.
Ἀλκμαιονίς et Ἀλκμαιωνίς p. 78.
Amazonis p. 65.
ἀνατέλλειν et ἐπιτέλλειν p. 113.
Androtionis Atthis p. 76.
Antagoras Rhodius p. 68.
Anticlidis νόστοι p. 126.
Antimachus p. 67. in cyclo non erat p. 6. ejus patria p. 70.
Apollonii Rhodii versus spondiaci p. 147.
Arctinus p. 120. 49.
ἄρδις p. 110. n. 73.
Argonautica p. 60.
Aristodemus, ejus Thebaica et epigrammata Thebana p. 69.
Aristotelis elench. lib. I. explicatur p. 100. ejus cyclus p. 28.
Atthidum auctores p. 76.
Augias Troezenensis p. 126. vid. Hagias.

B.

Bouchand, judicium de ejus dissertatione de cyclo p. 2. 3.
Briseis ex Lyrnesso vel Pedaso orta p. 93.

C. *K.*

Callimachi versus spondiaci p. 147. ejus epigramma explicatur p. 10. 11. — p. 67. not. 58.
Callinus p. 67. n. 60.
κάλυξ p. 96.
canon Alexandrinorum = cyclus p. 5.
Carcinus poëta p. 81.
Chiron p. 55. ejus parentes p. 57.
Cinaetho, ejus genealogiae vel *ἔπη* p. 53. Heracleis p. 61. not. 52. p. 63. Telegonia p. 52. 136. nullam Theogoniam scripsit p. 52.
circularis et circulator p. 13.
Clidemi *νόστοι* p. 126.
Coluthi versus spondiaci p. 148.
Creophylus p. 61. 63.
cyclici = artem venalem circumferentes p. 13.
cyclus paschalis p. 12.
Cypria carmina p. 79.

D. *Δ.*

Danais p. 15.
Demetrius Adramyttenus p. 31. n. 2.
Διομήδειος ἀνάγκη p. 119.
Dionysiaca p. 66.
Dionysius Samius, Milesius p. 19.
Διόννσος et *Διονύσιος* commutantur p. 23.
Diphili Theseis p. 64.
δούλη apud Homerum p. 131.

E. et *η.*

η, *ε* et *ει* permutantur p. 158.
εἰν semper in arsi p. 89. apud Manethonem tamen etiam in thesi V, 70.
ἐπαραί p. 70.

ἐπιβάλλειν = sequi p. 39. p. 44.
Epigoni p. 68.
Epimenidis Argonautica p. 61.
ἐπιτέλλειν p. 113.
Etymologici M. verba corrupta p. 99.
εὖ et ἐῦ apud epicos p. 143.
Eudocia corrigitur p. 56. n. 43.
Eugammon p. 136.
Eumolpi νόστοι p. 126.
Eusebius cum nott. Mss. Salmasii p. 53.
Eustathius ad Odyss. δ'. p. 1494. corrigitur p. 12.

F.

Fabrettii errores corriguntur p. 161. 165. 169. 170.
Ferri inventio p. 60.

G.

Gigantomachia p. 56.
Gorgones, v. addenda ad p. 99.
Gyraldus corrigitur p. 52.

H.

Hagias, vid. addenda ad p. 49. lin. 2.
Hegesias p. 83.
Hegesinoi Atthis p. 76.
Helenae parentes p. 85.
Hellanicus grammaticus p. 32.
Heracleis pag. 61.
Herculis filii p. 23.
Herodori Heracleotae Heracleis p. 60. 61.
Herodotus, versus apud eum p. 88.
Hesiodus inter cyclicos non referendus p. 51. nonnulli ejus versus corriguntur p. 145.
Hesychius vitiosis codd. usus est p. 95. n. 37.
Hexameter Tzetzae p. 148.
Heynii error correctus p. 119.
hiatus post caesuram p. 71. in tertii pedis thesi p. 72. 85. ante εἰδόμενος p. 86.
Hipparchi Ilias Aegyptia p. 80.

Homeri cyclus p. 18. Amazonis p. 65. ejus nonnulli versus corriguntur p. 144. 145.

I.

ι, ει et η commutantur p. 158.
ἵλάομαι et ἵλαρός, de eorum quantitate p. 55.
Ilias Aegyptia Hipparchi p. 80. Cypria Laevii ibid. cyclica p. 99. parva p. 102.
Ἰλίου πέρσις p. 119.
ἱμάτιον p. 95.
Joannes Gazaeus, ejus versus p. 147.
ἴον, de prioris syllabae mensura p. 95.
Ixion grammaticus p. 31. n. 2.

L.

Laevius p. 80. et addenda ad eand. pag.
Lesches p. 102.
Leucippides p. 89.
Λύκος et Λυκοῦργος commutantur p. 41.
Lysimachi νόστοι p. 126. cf. addenda ad p. 99.

M.

Machaonis parentes p. 123. mors p. 111.
Medea filios suos non interfecit p. 63.
Menelai Thebais p. 68.
mortuorum appositio p. 77.

N.

Naevius p. 80.
Naupactica, carmen, p. 81.
Nauplii uxor et filii p. 130.
Neoptolemi reditus p. 50. nomina p. 91.
Nicostrati Theseis p. 65.
Nonni versus spondiaci p. 147.
Νόστοι p. 126.
Nymphis Heracleota, ejus Heracleis p. 61.

O.

Odyssea cyclica p. 16. 132.
Οἰχαλίας ἅλωσις p. 65.

ὀνοματικῶς et *ὀνομαστικῶς* commutantur p. 135.
Orphei versus spondiaci p. 147.

P. Φ.

παῖς et *παΐς* apud epicos p. 143.
Panyasis, ejus Heracleis p. 61.
φασί et *φησί* commutantur p. 132.
Paulus Silentiarius p. 147.
Pelei nuptiae p. 40. not. 4.
πέρσις, *εως* et *-ίδος* pag. 116.
Phaylli cyclus p. 18.
Philoxeni Cyclops, vid. addenda ad p. 18.
Phoronis p. 58.
Photius, epigramma apud eum corrigitur p. 12. n. 8.
Pisander Camirensis, ejus Heracleis p. 61. de deleta Troja p. 121.
Podalirii parentes p. 123.
Polemones p. 28.
ρρ ante has litteras correptio Attica p. 70.
πρίν productum p. 72.
Procli versus spondiaci p. 148.
productio brevis syllabae in tertii pedis thesi p. 72.
Pythostrati Theseis p. 65.

Q.

Quinti Smyrnaei versus spondiaci p. 147.

R.

ῥιπίζειν, de hujus verbi quantitate v. addenda ad p. 84.

S.

Sacadae Argivi *Ἰλίου πέρσις* p. 121.
Sarpedon, insula, addenda ad p. 99.
Scaligeri error correctus p. 107. n. 79.
Scholia Apollonii Rhod. corriguntur p. 56. Odysseae p. 131. p. 135.
Sophocles sequutus epicum cyclum p. 54.
spondiaci versus p. 139 sqq.
Stasinus p. 82.
Stesichorus non cyclicus est poëta p. 14. 25. 49. ejus *Ἰλίου πέρσις* p. 121. *νόστοι* p. 126.

T.

Telegonia p. 136.
Telesis, auctor Gigantomachiae, p. 57.
Teumesia vulpes p. 76.
Thebais cyclica p. 66.
Theogonia p. 52.
Theogonus, vid. addenda ad p. 53.
Theopompus, ejus carmen Cyprium, v. addenda ad p. 99
Thesei descensus in Orcum p. 38.
Theseis p. 64.
Timagoras, ejus Thebaica p. 69.
Titanomachia p. 53.
Tryphiodori versus spondiaci p. 148.
Tzetzes ex Dionysii cyclo hausit p. 24. ejus versus hexametri p. 148. ejus verba in Exegesi Iliadis supplentur, vid. addenda ad p. 28.

Z.

Zenodotus, vid. addenda ad p. 31.
Zenon, grammaticus, p. 32.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 4. lin. 20. Etiam Henrichsen. in commentatione de Cypriis carminibus (Havniae 1828.) hanc difficultatem eodem modo tollit, atque ego facio.

Pag. 10. lin. 14. Henrichsen. suspicatur, Horatium his versibus ad Laevii Iliada Cypriam respicere p. 76.

Pag. 17. lin. 21. Pisistrati tempore fortasse cyclum jam compositum esse etiam Wolfius conjicit in epist. ad Heynium pag. 56.

Pag. 18. §. VII. In antiquioribus Aristotelis editionibus ex parte pro vv. *τὸν κύκλον* legitur *τὸν Κύκλωπα*, et cod. MS. ab Osanno collatus (vid. Annales critici litteraturae, qui Hermes nominantur, 1828. fasc. 2. p. 194.) eandem habet scripturam. Nitzschii quaest. Hom. IV. pag. 51. Videtur igitur locus per se obscurus etiam pluribus difficultatibus premi. Certo, si, quae mihi esse videtur, Aristotelis verborum sententia est, Osanni correctio rejicienda, qui pro vv. *ὁ Φάϋλλος τὸν κύκλον* fortasse legendum esse ait: *ὁ Φιλόξενος τὸν Κύκλωπα*.

Pag. 20. ad not. 4. Dionysium Samium esse cyclographum etiam Henrichsen. putat (p. 92.) et K. O. Mülleri prolegomena p. 95. conferri jubet. Osannus contra l. l. p. 196. apud Athenaeum Dionysium cyclogr. haud recte Samium nominari affirmat.

Pag. 26. Ea, quae Athenaeus XI. p. 477. habet, propria et immutata Dionysii cyclogr. verba esse scripsi, idque a quoque inspectis Athenaei verbis probabitur, quae haec sunt: *Διονύσιος δ' ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ κύκλου τὸ Ὁμηρικὸν κισσύβιον κύμβιον ἔφη γράφων οὕτως· καὶ αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ὁρῶν ταῦτα ποιοῦντα πληρώσας τοῦ οἴνου κύμβιον δίδωσι πιεῖν.* Nihilominus Osannus Henrichsenium sequutus nullum cycli superesse fragmentum affirmat, in quo ipsa cyclographi verba a scriptoribus sint retenta l. l. p. 196.

Pag. 28. ad not. 1. Tzetzes pro suo more idem in Exeges. Iliad. p. 150. repetit. Verba ejus, quae mutila sunt, sic sine dubio supplenda: *Διονύσιος ὁ κυκλογράφος τὸν Ὅ [μηρον ἐ] π' ἀμφοτέρων φησὶν εἶναι τῶν στρατ [ειῶν Θη]βαϊκῆς καὶ Τρωϊκῆς.*

Pag. 31. not. 2. Osannus l. l. p. 194. neque Zenonem, neque Xenonem, sed Zenodotum intelligendum esse dicit, qui a Ptolemaeo id negotium acceperit, ut Homeri carmina ordinaret.

Pag. 32. not. 5. Ad Hellanicum grammaticum, non historicum, respici putant etiam Thierschius in act. philol. Monac. Vol. II. p. 578. 599. VV. H. Grauert: über die homerischen Chorizonten; in Museo Rhenano I. 3. p. 204 sqq. et Henrichsen. p. 28.

Pag. 39. lin. 38. Bekkerus in editione scholiorum ad Homeri Iliadem scribit: „Codex Venetus, qui inter Marcianos nume-

ratur 454 membranaceus est, forma maxima, foliis 327. — foliorum secundum, tertium, quintum vacua sunt, candida, recentia: primo, quarto, sexto quae leguntur, eorum exemplum infra positum est. Fol. I.: *Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς τῶν εἰς δ' διηρημένων τὸ ά· Ὁμήρου χρόνοι, βίος, χαρακτήρ, ἀναγραφὴ ποιημάτων* etc. — *βατραχομαχίαν ἢ μυομαχίαν, ἐντεπάκτιον, αἶγα, Κίρκωπας, κενούς.*

Fol. IV. *καὶ Ὀδυσσέως Ἀστυάνακτα ἀνελόντος Νεοπτόλεμος Ἀνδρομάχην* etc. — *Κίρκη δὲ Τηλέμαχος.*

Fol. VI. *ἐπιβάλλει δὲ τοῖς προειρημένοις ἐν τῇ πρὸ ταύτης* etc. usque ad verba in argumento Ilii persidos *καὶ φθορὰν αὐτοῖς ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ τὸ πέλαγος μηχανᾶται.*

Pag. 39. not. 1. Thierschius excerpta in bibliotheca ant. litter. et art. Gottingensi edita cum codice Veneto iterum contulit, et argumentum carminum Cypriorum et Homeri vitam in codice chartaceo Monacensi seculi XVI. invenit. Vid. act. philol. Monacens. T. II. p. 572 sqq.

Pag. 45. lin. 3. *τὸ κατὰ* leg. *τὰ κατὰ*.

— — lin. 8. Bekker. voc. *πόλιν* sine nota habet, videtur igitur haec vox in codice inveniri.

Pag. 47. lin. 21. *οἱ ἐκ τοῦ δουρ.* Bekker. articulum sine nota habet.

— — lin. 26. *Ἑλένην*, Bekker.: *Ἕλενον.*

— — lin. 27. Bekker. ex cod. edidit *Αἴας Ἰλέως.*

Pag. 49. lin. 2. Bekker.: *Ἀγίου.*

— — lin. 34. tunc, leg. nunc.

— — lin. 40. Minime secundum ea, quae ad p. 39. addidi, de tertii folii defectu dubitandum est.

Pag. 50. lin. 9. *ἐν Μαρ.* Bekker. dedit ex cod.: *ἐν τῇ Μαρ.*

— — lin. 11. *τοὺς Μολ.* Bekker. articulum omisit. Deinde ad vocem *Πηλεῖ*... adnotavit: „lacuna sex litterarum.“ Legit vero: *Πηλεῖ ..... τὰ Ἀγαμέμνονος.*

— — lin. 21. *ἐπὶ τούτου* leg. *ἐπὶ τούτῳ.*

Pag. 51. lin. 7. *ὁ Ὀδυσσεύς.* Bekker. articulum non habet.

— — lin. 14. Secundum Bekkerum in codice verba *τὴν μὲν Πηνελόπην Τηλέγονος, Κίρκην* inveniuntur.

— — lin. 24. Pro *Hesiodi* leg. *Hesiodus.*

Pag. 53. §. III. Fragmentum hujus cyclicae Theogoniae se Osannus in schol. ad Iliad. τ', 127. invenisse putat, quod in Valckenaerii dissertatione de schol. in Hom. (T. II. p. 127. opuscul. ed. Lips.) legitur. *Οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανοῦ παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τοῖς ἀμφὶ τὸν Δία νεωτέροις θεοῖς πόλεμον ἤραντο, καὶ τοῦτο πράττειν δι' ἐπιβουλῆς ἐγνώκασι, καὶ δηλοῦσι τοῦτο Διΐ, καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοῖς συγκροτῆσαι τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ, καὶ τιμῆσαι τὴν Στύγα, καὶ τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ὅρκον θεῶν ποιῆσαι· ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ καὶ Θεογόνῳ.* Osannus Theogonum, cujus hic mentio injicitur, esse auctorem Theogoniae cyclicae conjicit, quam in multis Hesiodum sequutum esse.

Pag. 55. lin. 1. et 2. Deleantur verba: *versus — σχήματ' et.*

Pag. 60. Sextum fortasse Phoronidis fragmentum addendum est ex Osanni conjectura. Hic vir acutissime conjiciens, multa illorum, quae apud scriptores inveniantur, oracula desumta

esse ex antiquis carminibus epicis, quinque oraculi hexametros de Carani in Macedoniam adventu agentes ad Phoronida refert. Scholion, in quo hi versus leguntur, Osannus ex codic. MS. descripsit (vid. l. l. p. 206.): *Καρανῷ τῷ Ποιάνθους υἱῷ ἐξ Ἄργους μέλλοντι ἀποικίαν στέλλειν εἰς Μακεδονίαν, εἰς Δελφοὺς ἐλθόντι ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων·*

Φράζεο, δῖε Καρανέ, νοῷ δ' ἐμὸν ἔνθεο μῦθον.
ἐκπρολιπὼν Ἄργος τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα
χώρει πρὸς πηγὰς Ἀλιάκμονος, ἔνθα δ' ἂν αἶγας
βοσκομένας ἐσίδῃς· πρῶτον τότε τοι χρέον ἐστὶν
ζηλωτὸν ναίειν αὐτὸν γενεάν τε πρόπασαν.

ἐκ δὴ τοῦ χρησμοῦ προθυμότερος γενόμενος Καρανὸς σύν τισιν Ἕλλησιν ἀποικίαν στειλάμενος ἐλθὼν εἰς Μακεδονίαν ἔκτισεν πόλιν, καὶ Μακεδόνων ἐβασίλευσεν, καὶ τὴν πρότερον καλουμένην Ἔδεσσαν πόλιν Αἰγας μετωνόμασεν ἀπὸ τῶν αἰγῶν· ᾠκεῖτο δὲ τὸ παλαιὸν Ἔδεσσα ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν καὶ τῶν μετὰ Μίδου διακομισθέντων εἰς τὴν Εὐρώπην· ταῦτα Εὐφορίων ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἰστίᾳ καὶ τῷ Ἰνάχῳ.

Pag. 61. not. 52. Osannus his poëtis adjiciendum esse dicit Canonem Cilicem (Schol. Apoll. Rhod. I, 1165. Eudocia Viol. p. 29.), cujus nomen apud Theon. Progymn. 3., ubi nunc *Κόννις* legatur, restituendum sit.

Pag. 63. lin. 13. De Creophylo, ut Osannus l. l. refert, agit Schol. ad Plat. Remp. p. 421. ed. Bekker. his verbis: *Κρεώφυλος Χῖος, ἐποποιός· τινὲς δὲ αὐτὸν ἱστόρησαν γαμβρὸν Ὁμήρου ἐπὶ θυγατρί, καὶ ὅτι ὑποδεξάμενος Ὅμηρον ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τὸ ποίημα τῆς Ἰλιάδος.* Sine dubio Creophylus hic cum Stasino a Scholiasta commutatus est. Vid. pag. 80. not. 92.

Pag. 69. lin. 22. *ὡς οὐχ οἱ* leg.: *ὡς οὔ οἱ.*

Pag. 80. ad not. 91. Versio fuisse non videtur, sed Laevius ita Cypria carmina sequutus est, ut nonnunquam ab iis recederet. Praeterea non solum Hermannus Laevium Iliadis Cypriae auctorem habuit, sed etiam Scaligerus (Castigatt. in Catull. p. 82.), Osannus in analectis critic. poësis Romanae p. 37. sqq. Henrichsen. p. 77. qui vir nonnullos alios versus Iliadis Cypriae attulit, quos scriptores sub Laevii nomine, carminis, ex quo desumti sunt, inscriptione non addita, servarunt.

Exuviis rabies furiarum examina mille.

Hic versus apud Chalcidium in Tim. p. 159. ed. Meursii legitur, et ab Osanno quoque ad Iliadem Cypriam refertur.

Panditur interea domus altitonantis Olympi.

In L. Caecilii Minutiani libro de orthographia §. 15. invenitur.

Pag. 83. lin. 7. Osannus l. l. scholion ad Clement. Alexandrin. cohort. ad gent. p. 19. A. ed. Sylb. ex vetere MS. desumtum edidit, quod sic se habet: *Κύπρια ποιήματά εἰσιν τὰ τοῦ κύκλου· περιέχει δὲ ἁρπαγὴν Ἑλένης· ὁ δὲ ποιητὴς αὐτῶν ἄδηλος· εἰς γάρ ἐστι τῶν κυκλικῶν· κυκλικοὶ δὲ καλοῦνται ποιηταὶ οἱ τὰ κύκλῳ τῆς Ἰλιάδος ἢ τὰ πρῶτα ἢ τὰ μεταγενέστερα ἐξ αἰτῶν τῶν Ὁμηρικῶν συγγράψαντες.*

Pag. 84. fragm. 1. In primo versu vox *ἀνδρῶν* Barnesii et Wassenbergii (schol. ad Iliad. I. et II. p. 135.) supplementum est. Versus 4. secundum Wassenbergium et Henrichsenium pag. 35.

claudicat, quae causa est, cur ab iis corrigatur *κουφίσσαι ἀνδρῶν*. At quum invenire non potuerim, quomodo claudicet, vulgarem retinui scripturam. In quinto versu Wolfius scripsit *ῥιπίσσας*, Baumgarten-Crusius vero (in Jahnii annalibus philol. et paedagog. Vol. IV. fasc. I. p. 13.) corrigit *ἐσριπίσας* vel *ἐῤῥιπίσας*. Ut silentio formam *ἐῤῥιπίσας* praetermittam, correctione versui vitium infertur. Nam non solum *ῥιπή* primam syllabam habet productam, sed etiam *ῥιπίζω*, certe apud epicos poëtas.

Nonni Dionys. XIV, 347.

ἁπλεκέας πλοκαμῖδας-ἀνεῤῥίπιζεν ἀήτης.

Nonni paraphras. evang. Johann. 19, 220.

Χῶρον ἀνεῤῥίπιζεν, ὅπη ταλαεργὸς Ἰωσήφ.

Secunda vero etiam futuri temporis syllaba sine dubio producenda est. Nam in v. *ῥιπὶς* secundum *ι* longum est, veteribus grammaticis testantibus, ut in voce *κληῖς*. Vid. Etymolog. Gudian. pag. 326, 57. Et ut *κληΐσω* apud Homerum secundam syllabam semper longam habet (scribitur nunc duabus litteris *σ̄*. Od. *τ'*, 30. *φ*, 236. 241. 382. 387. 389. Od. *ω'*, 165. Hymn. in Apoll. 6.): sic etiam in *ῥιπίσω* et *ἐῤῥίπισα* penultima est producenda, neque duplicata littera *σ̄* necessaria est, ut *ῥιπίσας* Molossus fiat. Totum fragmentum Baumgarten-Crusius sic legendum esse censet:

Ἦν ὅτε μ. φ. κ. χ. πουλυβότειραν
Πλαζόμενα (στρωφᾶτο) βαθυστ. π. α.
Ζ. δ. ἰδ. ἑλ. κ. ἐν π. πρ.
Ξυνθ. κουφίσσαι μερόπων π. γ.
Ἐσριπίσας vel *ἐῤῥίπισας π. μ. κ. Ἰλ.*
Ὄφρα κτλ.

Pag. 87. nota 11. non ad tertium, sed ad quartum fragmentum pertinet. De Pelei et Thetidis nuptiis narrant Hom. Iliad. *σ'*, 84. *ω'*, 62. Pindar. Pyth. III. 84. Euripid. Iphig. A. 1055. Apollon. Rhod. IV, 807.

Pag. 88. nota 12. Etiam Henrichsen. p. 51. verba excerptorum spuria habet.

— 88. lin. 19. leg. *εὐαεῖ τε.* Praeterea Friedemann. in comment. ad Strabon. T. I. p. 336. hos versus ex Herodoti verbis fecit:

Σπάρτηθεν δὲ τριταῖος Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
Ἴλιον εἰσαφίκανεν ἄγων Ἑλένην Ἀργείην
Εὐαεῖ τ' ἀνέμων πνοιῇ, λείῃ τε θαλάσσῃ.

Pag. 95. not. 38. Wüllnerus scripsit: *ἔν τε ἴῳ.*

Pag. 97. fragm. 19. P. Elmslejus sequutus MSS. praecipue cod. Laurentian., in quo invenitur: *δ' φησὶν Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν* mutavit: *διαφόρους φησὶν Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν.*

Pag. 99. Fragmentum 22. addendum est:

Τῷ δ' ὑποκυσσαμένη τέκε Γοργόνας, αἰνὰ πέλωρα,
Λὶ Σαρπηδόνα ναῖον ἐπ' ὠκεανῷ βαθυδίνῃ,
Νῆσον πετρήεσσαν.

Hoc fragmentum, quod Henrichsenii diligentiae debeo, apud Herodianum *περὶ μονήρους λέξεως* in Dindorfii Gramm. Gr. I. p. 9. legitur. *Σαρπηδών, Σαρπηδόνος*, Grammaticus inquit, *εἴτε ὁ ἥρως, εἴτε ἡ πέτρα, εἴτε ἡ ἀκτή, εἴτε ἡ νῆσος,*

ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Λιχμαλωτίσιν (in MS. — τῇσιν) εἴρηται Σαρπηδὼν ἀκτή· ἐν Τυμπανιστᾶις·

Ἡμεῖς δ' ἐν ἄστροις, ἔνθα Σαρπηδὼν πέτρα.

καὶ ἡ νῆσος ἰδίως ἐν ὠκεανῷ Γοργόνων οἰκητήριον οὖσα, ὡς ὁ τὰ Κύπρια φησί·

Τῷ δ' ὑποκ. etc.

Si scholiis Venet. ad Iliad. κ', 36. credere licet, Hesiodus primus fabulam de Gorgonibus finxit, et secundum schol. ad Odyss. λ', 633. τὰ περὶ τὴν Δανάην, καὶ τὸν Περσέα, καὶ τὰς Γοργόνας Ὅμηρος οὐκ οἶδε. Nihilominus Persei Danaësque mentio in Iliadis libr. ξ', 319. invenitur, caputque Gorgonis in Od. λ', 634. ε', 741. memoratur. Scholiastae igitur aut omnes hos versus spurios habuerunt, aut certe priorem Iliadis locum, in iisque, quae ad Gorgonis caput pertinent, Aristotelis interpretationem sequuti sunt, qui Gorgonis caput nihil aliud habent atque μορμωλυκεῖον, μορμὼ seriorum (cf. Boettigeri dissert. inscript. die Furienmaske p. 107—112.). Gorgones igitur Oceani insulam, cui nomen Sarpedoni est, habitant, quod fere etiam Hesiodus in Theogon. 274. narrat:

αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι.

De hac insula, quae etiam Sarpedonia a Stesichoro nominatur (p. 66. ed. Klein.), vid. Vossii alte Weltkunde p. XIV. et epistolas mytholog. T. II. ep. 65. p. 170. ed. 2. Ex hoc fragmento collato cum scholiis Homericis argumentum petere licet, carmina Cypria neque Homero neque ejus aequali esse adscribenda, sed eorum auctorem post Hesiodi tempora vixisse.

Quod ad singula verba attinet, post ὡς ὁ τὰ Κύπρια addendum est γράψας vel ποιήσας. In fragmento Cypriorum carminum ipso δεινά, quod cod. praebet, in αἰνά, et καὶ Σαρπηδόνα cum Henrichsenio in αἳ Σαρπηδόνα mutavi. Post v. βαθυδίνῃ in cod. legitur: ἣ νῆσον πετρήεσσαν. Dindorfius in praefatione p. VIII. „*Dele ἥ*, inquit. *Verba νῆσον πετρήεσσαν tertii hexametri initium.*“

Henrichsenius p. 73. nonnulla addidit fragmenta, quae dubitat, num ad Cypria carmina referenda sint. Fulgentius enim, *Theopompus in Cyprio carmine*, inquit in Mythol. I, 2., *et Hellanicus in Dios Polytychia, quam descripsit, ait, Junonem ab Jove vinctam catenis aureis et degravatam incudibus ferreis.* Quid de hoc loco judicandum sit, quum neque Theopompus Chius, historicus (de cujus vita et scriptis vid. librum Aug. Jul. Edm. Pflugkii.), neque Theopompus Colophonius, epicus poëta (cf. Athen. IV, c. 81. ibiq. interpp.), auctores eorum Cypriorum carminum esse possint, de quibus loquimur, incertum est. Num de alio Cyprio carmine Fulgentius loquitur nobis incognito, an ipse et carminis nomen et auctorem finxit? Vix credibile. Attamen etiam id admirationem excitat, quod factum ex Homeri carminibus notissimum ex Cypriis carminibus refert. Quoquo nos vertimus difficultatibus implicamur.

Duo alia fragmenta, quae ab Henrichsenio afferuntur, unum ex Schol. Euripid. Andromach. 880. (ὁ τὰς Κυπριακὰς ἱστορίας ξυνάψας), alterum ex libello de constructione

verborum (apud Hermannum de emend. Gr. Gr. p. 390. „ὡς ὁ Κύπριος“) Cypriorum carminum fuisse non videntur, ut jam verba indicant, quibus eorum mentio fit.

Pag. 98. fragm. 21. Osanni correctura: *χρυσείην φύλλοις ἀγανοῖς κομόωσαν* versum uno pede breviorem accipimus.

Pag. 100. not. 56. Etiam Henrichsen. his verbis pro argumento utitur, Homeri Iliadem in cyclo fuisse.

Pag. 106. lin. 1—3. Vid. de eadem re agentem Dr. N. Bachium in Jahnii annalibus philol. et paed. 1828. Tom. I. fasc. 2. p. 213 sq.

Pag. 114. lin. 15. leg. *proebet*, pro *praebeat*.

Pag. 126. not. 50. Nitzschius in quaestione Homerica quarta p. 50. de Anticlide, Alexandro M. juniore conferri jubet Bekker. anecdot. p. 783, 12. et Müller. ad Tzetz. in Lycophr. 464.

Pag. 126. not. 51. Nitzschius l. l. praeterea adjicit Schol. Euripid. ad Androm. 880. ad Phoen. 26. Cuper. observ. I, 4. Osannus putat, etiam *Lysimachi* et *Anticlidis νόστους* carmina fuisse.

Pag. 129. not. 59. Haec narratio non Byronii est, sed Polonis, ut Medgwinus indicavit in libro inscripto: *Conversations of Lord Byron.*

Pag. 145. lin. 22. Verba *Od. τ'* — *ἄνθρωποι* deleantur, nam excusatio iis inest, quae pag. 141. a. et p. 142. monui.

Pag. 151. lin. 6. leg. *finxit*, *nomina his* etc.

Pag. 153. lin. 11. leg. *ἔπαυλιν*, *τοῖς δὲ*.

Pag. 155. lin. 23. leg. *σιν*, *ἰδών*.

Pag. 156. lin. 11. leg. *ΤΠΟ ΤΗΣ*.

Pag. 156. lin. 16. leg. *ΟΠΑΙΟΝ*.

Pag. 157. lin. 19. leg. *τον* pro *των*.

Pag. 158. lin. 8. leg. *Ποσειδῶν*

Pag. 158. lin. 11. leg. *νείας*. *Lin.* 11. *et* 12.

Pag. 159. lin. 29. Deleas comma post v. *subjecta*.

Si forte alii in libro inveniuntur typothetae errores, peto a lectore humanissimo, ut eos benigne corrigat.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google